A

A

ADMONITIO PSEVDO-CHYMICIS.

ſeu

Alphabetarium Philoſophicum: Omnibus doctrinæ filiis, & Philoſophicæ medicinæ ſtudioſis, veriſſimè, ſincerè, & pluſquàm Laconicâ brevitate conſcriptum,

&

In bonum publicum emiſſum:

In quo

D. D. Antonii aurum potabile obitèr refutatur, & genuina veri auri potabilis (in omnibus creatis deliteſcentis) præparatio proponitur.

per

THOMAM RAVVLIN vtriuſq; medicinæ profeſſorem.

Ne quis vos ſeducat per vanam philoſophiam: ſecundum traditionem hominum. Coloſſ. 2. v. 8.

IN MERCVRIO



TRIVMPHO.

Impreſſum Londini *per* ED. ALLDE, *typographum.*

¶ ILLVSTRISSIMO NORTHAMPTONIÆ COMITI, HENRICO HOVVARDO, BARONI de Marnhill, nobilis equestris ordinis Garterii Sodali, Quinq; portuum præfecto vigilantissimo, priuati Sigilli custodi, sacrosanctæ suæ maiestatj è consiliis secretioribus consiliario prudentissimo, & bonorum studiorũ omnium fautori, dignissimo.

Værenti mihi aliquandiu (Honoratissime Domine) *& sæpissimè perpendenti, quânam re possem obseruantiam meam*, excellentiæ vestræ *maximè debitam, significare: nulla maior, aut præclarior accidere potuit, quàm si* Chymiæ *summum, omnis nimirum Philosophiæ, & veræ medicinæ fundamentum, à magistrâ ipsâ naturâ edoctum, (rudi quamuis Mineruâ) & laconicâ breuitate digestum; vnicâ ratione, vnico vase, vnico opere perfectum, ante oculos doctorum omnium (verâ* Astronomiæ inferioris *suauitate, & exquisitâ arcanorum (quorum mater est* Alchymia*) naturæ, & naturalium progressus theoriâ) illuminatos: sub vestrâ tutelâ humiliter expositum, propo-*

nerem. Diù interim, multumq́; cogitavi, vtrùm difficilius, aut grauius eſſet Excell: veſtræ *(quia debitum erat) negare promerenti, an id efficere, quod dignitas veſtra, & veritas ipſa à me flagitare videbantur. Nam & negare vobis, quibus me multum debere ſentirem, durum admodùm, & iniquum videbatur: & in me aliquid ſuſcipere, in quo de abſconditis, & abſtruſis naturæ, & ſummis* Philoſophiæ, & Alchymiæ *(non rationalem, ſed mentalem hominem deſiderantis) myſteriis, neceſſariò ſit diſſerendum; vix iudicavi eſſe eius, cui natura, & naturalium vires non ſunt adhùc penitùs manifeſtatæ. Sed quoniam pro veſtrâ, & veritatis gratiâ nihil reiiciendum, ſed audendum potius aliquid, hoc mihi inſtitutum opus aggrediar, exiſtimans melius, multoq́; commodius eſſe tardè, quàm omninò non navigare. Nam in præſtantibus rebus magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima. Placeat igitur (* Nobiliſſime Heros *)* Alchymiam, *virginem divinã, & immaculatã, à multis calumniis, & iniuriis indoctorum hominum, parum, aut nihil cognoſcentium, & indoctè operantium, liberatam, iudicio veſtro accurato, & auctoritate ſapientiæ veſtræ haud aſpernandæ defendere: & hanc rerum imperfectarum perfectionem, naturæ ſcilicet à* Deo *conditæ peritiam, ab omnibus Ariſtarchis ſalebroſis (qui binarium ab vnitate reiicere, aſtra à corporibus diſtinguere, & medicinam deniquè à ſcoriâ damnatâ, & infernali ſeparatam, & æqualitèr ponderatam, circumrotatione quaternarii perfectè regenerati, ad monadicam perfectionem deducere, neſciunt)* ſummâ veſtrâ prudentiâ, *cum inſigni omnium penè doctrinarum varietate coniunctâ, manumittere. Eſt enim* Alchymia *quaſi* Cœlum inferius, *medi-*

camentum à veneno ſegregans, & perfectum, & integrum exhibẽs: Ita vt, quod de Alexandria *olìm pronunciavit* Marcellinus; *multo veriùs de ſcientia* Spagyrica *enuntiari poſſit, nimirum, medicis ad commendandam artis auctoritatem ſuffeciſſe, ſi dicerent ſe peritos eſſe, & veros* Spagyros, *potiùs quàm in nudâ medicinæ theoriâ eruditos. Sæpenumerò namq; videre licet* Alchymiam *ſine perfectâ medicinæ theoriâ prodeſſe: nudam autem medicinæ theoriam ſine* Alchymiâ *nimiùm obeſſe plerumq; prodeſſe nunquàm. Sed hæc hactenus.*

Haſce laborum meorum primitias, multis ſudoribus, & animi, & corporis, multiſq; ſumptibus haud exiguis, & domi, & in exteris regionibus variis, imò ſæpiùs cum vitæ periculo coniunctis, DEI optimi maximi *beneficio partas,* veſtræ Celſitud: *humillimè offero: quas ſolũmodò* Excell: veſtræ, veſtriq; *imitatoribus, id eſt, omnibus veræ philoſophiæ ſtudioſis, & veritati doctrinæ doctrinarum omnium deditis, conſcriptas eſſe volo. Stultum eſt aſinis præbere lactucas (vt olim* Rogerius Bachon *Philoſophus eximius) cùm eis ſufficiant cardui. Vulgaria enim (vt optimè* Trithemius *) ſunt vulgaribus: Altiora vero, &* arcana, *altioribus ſolis, & ad aſtra naturæ volitantibus, Philoſophorũ more ſunt cõmunicanda. Fremant ergò licèt omnes Pſeudo-chymici, et mẽtito nomine Medici; plus tamèn apud me vnica illa* Smaragdinæ tabulæ *valebit ſimplicitas, quàm omnium aliorum opinioniſtarum, & Pſeudo-medicorũ ſophiſmata. Vale* (Comes illuſtriſſime) *&* Magnus *ille* Apollo *abſq; omni multitudine,* Clarus *ille* Phœbus *ſine omni Caligine, &* Summus *deniq; ille* Ἀριστοτέχνης *(vt inquit Pindarus)* trivnitate *in omnibus ſuis creaturis perfectiſſimus,*

ctissimus, excellentiæ vestræ *corpus ab omnibus variegatis binariis, & superstitionibus diabolicis in barathrum deiiciciendis, conseruet: & animam vestram per sanguinem testamenti solum, (absq; omni re extraneâ qualicunq;) aquâ & spiritu viuis abundantem, perfectè cum corpore & spiritu vestro regeneratam in simplicissimum vnitatis punctum,* PATRIS, FILII, & SPIRITVS SANCTI *gremium, triunitate quaternarii perfectissimum, ope, & opere solius* TRISMEGISTI SPAGYRI Domini, & saluatoris nostri IESV CHRISTI *omnibus numeris completissimi perducere dignetur.*

CELSITVDINI *vestræ illustrissimæ.*

addictissimus:

THO. RAVVLIN.

In Alphabetarium Philosophicum doctiss. D. D. Rawlin, collegæ mei amiciss. semi-Alphabeticum

δωδεκάςιχον.

HOrdea cui cordi, serit hordea: & horrea frugum
Ille expectatâ messe referta tenet.
Aurea sic proles ex *auri* semine prodit
Non vulgi. Quæ quis seminat *illa* metet.
Solvens ejusdem naturæ sitque solutum,
Cum vegeto, vt vireat, qui fuit indè fugax:
Exurgat sulphur naturæ, non alienum,
Ex illis *Regem* figere id artis opus.
Ignis, *Mercurius*, *Sol*, qui fit origine verus,
Sphingis hoc ænigma, En, OEDIPVS hic aperit.
Non odit *Medicus Medicum*, sed prodit inertem,
Artis (& inuidiâ iudice, & hoste) sciens.

Guil. Paddy, D. Med.

In clariſſ: viri THOMÆ RAWLINI, vtriuſq; Medicinæ Doctoris, Alphabetarium philoſophicū, Thomæ *Speght*
ἑξάστιχον.

PHIDIA magnanimi cognovit ab vngue leonis,
Quanta forent ſævæ cætera membra feræ.
Sit liber hic teſtis, qualis, quantúſq; ſit *author;*
Et tamèn eſt maior, quàm docet iſte liber.
Si centum tales Medicos ſchola noſtra crearet;
Ὥς ἔγω ἐυδάιμων ὥς ὀνομάσος ἐίην?

In Thomæ Rawlini viri *admodùm doctissimi*, ornatissimique.

ALPHABETARIVM PHILOSOPHICVM *Henrici Wright* Angli: Heroica.

—— —— Numero DEVS impare gaudet.

O Mũdũ immũdũ! NEBVLOSAM torruit ANGVEM
Inscius? alta petens, nec pontica noverit ima?
Rem scio. mira canit. cur non credendus in istis?
Scilicèt, vt tostum vulgo divenderet aurum,
Incautósque diu fucosâ luderet arte;
Ex tostis *sobolem* cùm nec susceperit vllam,
Dius GEBER Arabs, nec LVLLIVS ipse profundus.
Diva deûm fieri nec tradunt scripta sophorum.
Hinc, RAWLINVS adest, qui lumina solis ab ortu
Deducens, AQVILAM transfixit. Flavus in albo
Sal centralis inest. sua nunc petit. alter, ab ipso
Cum petitur, patitur. Moribundus, tertius infit,
Vividus æthereo renovabo singula vultu.
Artes, clare, tuæ sunt hæ, RAWLINE, regendo,
Quas nequit aut CAESAR, vel fœdus tollere MOMVS.

Candido et intelligenti *Lectori*.

PHilosophus quidam summus (*Amice lector*) vt in epistolâ quâdam cuidam doctissimo viro cõscriptâ confessus est, verã causam, cur *Magia* vno omniũ veterũ Philosophorũ judicio, & consensu à priscis sapientibus summâ semper in veneratione habita: odiosa posteà, suspecta, & tandèm à Theologis & omnibus Religiosis explosa, & damnata fuit, investigans; nullam aliam invenire potuit, quàm fatalem quandam temporum, & hominum depravationem, quâ multi *Pseudo-philosophi*, & mentito nomine *Magi* suis execrandis nugis, & superstitionibus diabolicis fidem sese conciliaturos sperantes, honestissimum, & sacrosanctum *Magiæ* nomen furto, & rapinâ præfixerunt. Haud dissimilitèr, si quispiam nunc temporis, justissimam *Alchimiæ*, & *Medicinæ* contemptus rationem inquireret: justiorem nullam inveniret aliam, quàm indoctè operantium levitatem, & impostorum, (qui plura sibimetipsis tribuunt, quàm præstare possunt) imperitiam, summâ

cum temeritate, & audaciâ, luce clarius meridianâ perspectâ, non ferendâ, conjunctam. Ita vt verendum non sit cum Oratore dicere, vt quâ in re laudem modestiæ (* *semetipsos* scilicèt *suæ* (vti dicunt) *industriæ, perfectionis, veritatis, & experientiæ certæ manifestatione, ab imposturæ crimine vindicantes*) venentur, in eâ ipsâ re sint impudentes. Cùm enim CHEMIA vera, simplicia, magnalia, arcana, mysteria, virtutes & vires, imò omnia, quæ ad remediorum scientiam pertinent verissimè suppeditet: *Pseudochimici* sophisticationibus suis, & *Empyrici* omnes, admixtione nimirùm extraneorum, naturam adulterant, vires, & virtutes medicinarum coinquinant, magnalia, & naturæ arcana secretissima annihilant, & monadicam deniquè simplicitatem, omnia naturâ naturantem, impuritate binarii destruunt: & sic conjunctas *Medicinæ, & Chemiæ*, sororum instar nequaquàm separandarum artes (qui enim ratione præparationũ medicinarum *Alchimiam* contemmit, is despicit, quod non intelligit) in contemptum ducunt. Tanta tamèn est in medicinâ, *Empyricorum*, & *Sciolorũ* in *Alchimia* (quæ est Medicinæ, & Medicorum ventriculus exterior, & præparationis magistra) pertinacia: vt cùm se a, b, c, darios in Medicinâ præstare non valeant; nec vnquàm veræ Philosophiæ suavitatem primis (vt aiunt) labris *Spagiricè* attigerunt: jactant tamèn semetipsos esse solos Medicos, solos Chymicos, ¶ *se* solũmodò *seminare triticum, &* ✠ *verã, atq; antiquissimam Hermeticam medicinam diù sepultam tenebris* (vt eorum vtar verbis) ☽ *in eorum mysterio auri solvendi, & per alembicum elevandi, affusione aquæ cœlicæ Raymundinæ* (sibimetipsis (reverâ) penitùs ignotæ, & ideò ab ipsis verissimè solùm

* D. Ant. aur. potab. in præf.

¶ D. Ant. in præf.

✠ D. Ant. aur. pot. in Epist. ad reg.

☽ D. Ant. Aur. pot. c. 4

solùm) *dicta* in lucem proferre. Sed vt poeta.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Quis enim vir doctus, etiãsi in *Chymicis* minimè lynceus, positionem aliquam *Chymicam* in publicum emitteret, & illam vnâ solà vnici veri Philosophi Chymici *Raymundi* scilicèt (*Arnoldum* enim *Villanovanum*, et authorem *Demogorgon* quos nunquã intellexit, obitèr tantùm nominat) auctoritate, imò & contra *authoris* (*& omniũ Philosophorũ*, qui semper vnum, & idem sentiunt,) mentem, & scripturæ illius sensum confirmare conaretur.

Sed non lubet, nec cupio quicquam de industriâ hisce de rebus, aut in D. Antonium, (etiamsi eius aurum potabile obitèr refutatur) dicere: Quamvìs enim minùs videri possit consonũ, vt vir doctus quispiam responsũ daret D. Antonio, aut eius libellulo, in quo *nihil philosophicũ*, nil medicũ, multo minùs aliquid verè *Chymicum* (in quo summum latet Philosophiæ, & subtilissimum Medicinæ fundamẽtum) appareat: Sic tamèn voluit sancta Collegii auctoritas, vt è collegis vnus illius ineptias refutaret, & (vt est in Proverbiis) stulto, etiamsi non secundũ stultitiam eius; secundum tamèn stultitiam eius responderet, ne sapere videretur. Hoc onus doctissimo viro D. D. Gwinnio impositũ, suscepit ille, et alacritèr perfecit.

Quò verò videãt cæteri posthàc Pseudo-chimici & mentito nomine Medici celeberrimũ hoc nostrũ Londinensi: Medicorũ Collegiũ singulis præceptis, singulísque instrumentis vtriusque Philosophiæ affluere, abundare: Ego quidẽ lubens partìm, partìm suasione D.D. Guilielmi Paddei, Equitis aurati, vtriusque Medicinæ studiosissimi, & Collegii nostri

Præsidentis dignissimi, in hanc arenam descendo, In quâ (quoàd potero) serie quâdam (vtì spero) Philosophicâ et *Alphabetarii* instàr perspicuâ *Hermeticæ* Medicinæ, id est auri Philosophici veritatem, et ejus præparationis secundum Philosophos in verbis varietatem, sed sensu vnitatem naturæ consentaneam percurram; & demùm opinionem in ænigmate quodam Philosophico, Philosophorum more proponam propriam : vt *Empyrici*, *Nugatores*, & *Pseudo-chimici* omnes latrare (catulorum more) desinant, aut saltèm de maximis *Philosophicæ Medicinæ* gemmis, & abditissimis *Naturæ* Arcanis in perpetuum deincèps conticescant. Vale & hisce ad DEI. OPT, MAX. sempèr benedicti, et TRIVNI gloriosissimi DOMINI gloriam, et ad ægrotorum omnium, fidelium præsertìm, salutem vtere.

¶ Sine NVMINE *nihil in* HOMINE.

1

HERMES veritatem sine mendacio:[2] SENIOR coagulationis perfectionem sine fallacia: [3] GEBER perfectionis summum sine diminutione:[4] PARACELSVS deniquè, verè monarcha arcanorum, *antimoniales*, id est verè expurgantes, *tincturarum*, id est medicamentorum omnium virtutes, quibus homines ad summam sanitatem exaltari possũt, sine fraude: & [5] OMNES RELIQVI PHILOSOPHI [6] multis ænigmatibus, & verborum inuolucris (vt deciperent incautos) [7] verissima philosophiæ fundamenta ([8] verbis mortuis, viuis autem, intelligentibus) obscurauerunt: Sempèr tamèn *Hermeticam*, id est perfectissimam medicinæ, seu veram auri (in omnibus creatis. [9] Omnia enim sunt in omnibus, quoad perfectionem, seu [10] vitæ spiritum, etiamsi diuersimodè à naturâ specificatis)

[1] Herm. in tab. smaragd.
[2] Sen. de solis perfect. c. 10.
[3] Gebr. Arab de Alch. summæ perfect. l. 1. part. 1. c. 1.
[4] Paracelf in chyrurg. mag. tõ. 1. part. 2. tract. 3. c 8. tinct. phis. manual. &c.
[5] Correct. fatuorum c. 11.
[6] . Aur consurg. in prologo. & c. 4. lib. secretorum Calid. fil. lazichi. c. 1. Bel. in turb.
[7] Semit. semitæ. p 438.
[8] Bacas. in turb.
[9] Corn. Agryp. de occulta philos. l. 1. c. 22. par. de natural. aquis. l. 4. tract. 2. Cœl. philos. seu. Vexat. de propri. ☿ Ripl. Angl. in præfat. Lull test. theor. c 3.
[10] De Arte chim. incert. in turb. c. 18.

tis) præparationem proponentes, cum Ariſtotele affirmarunt[11] vnicam veritatẽ eſſe;[12] quia in rerum multitudine ars non perficitur;& eos,qui ab vnico illo veritatis tramite aberrãt,[13] deceptos eſſe,& deceptores;& in[14] vanum ſemper laborare.

Philoſophia enim, aut eius pediſſequa *Medicina*, cuius[15] miniſtra ſola cœlica (quæ non ſimilitudinariè, vt *aliæ* artes, ſed[16] verâ veritate[17] (venenum à ſalutari ſegregans) naturam imitatur) eſt *Alchimia*: Non eſt opinio ſpecioſa, quibuſuis[18] cerebri imaginativi,aut ingenii floſculis decorata: ſed ſanum, & ſolidum naturæ penetralium, & *naturalium* præparationum,[19] multis ſpagyrorũ,[20] noctes, atque dies integros, inter igneas fornaces deſudantium vigiliis; multis animi, & corporis ([21]quia ſudore vultus manducãdum) ſudorib⁹.([22]Dei dono)[23] ADEPTVM *fundamentum*. Super quod[24] non aurum, non argentum (vt Pſeudo-chimici delirant) ſpecificatum ([25] creare enim ſpermata naturæ, non artis opus) ſed ſumma *Micro-coſmi* (qui inter omnia animalia eſt[26] ſolus aurum, hoc eſt, auri ſimilitudinem gerit:&(vt maior mundus) ex mundi[27] Limbo,[28] matrice,[29] terrâ,

[11] Ariſt.Eth l.2. Sen.p.49.Roſ. phil. p. 207. Morien.Rom.p.25.
[12] Geb. ſum.perf. l. 1.part. 1.c.7. Lull.theor.c.18.
[13] Roſ.phil.p.206.
[14] Roſ.phil.p.253.
[15] Lull.Teſt.pract.c.1
[16] Aur.conſurg.c.20. clang.buccin.p.471
[17] Par.Paramir.tract. 2.de ente veneni c.2
[18] Par.de Alchim. tõ.2.p.44.
[19] Bacaſ.in turb.
[20] Par.de ſeparat. vegetab.tõ 6.p.244.
[21] Gen.c.3.℣.19.
[22] S.Iacob.Epiſt c.1. ℣.17.Aur.conſur.in prolog.Roſ.phil. p.212.Par.De orig. morb.inuiſ.l.5.tõ.1. p.243.
[23] Par.philoſ.ſagacis. l.1.c.8.
[24] Par.de Alchim. tõ.2.p.46
[25] Ber.Treuiſ.de Alch. part.2.ex Guil.Pariſ.
[26] Par.chyr.mag.tõ.1 part.2.tract.3.c.8.
[27] Par.Paramir.l.2. de orig.morb.ex tribus ſubſt.c.2.
[28] Par Paramir.l.4.de orig.morb matric. tõ.1.p.157.
[29] Mori.Rom.p.26.ex Hermete.Par.de peſtil.tract.1.tõ.3.p.21.

ſeu

ſeu [30] aquâ, chriſtallinâ fuit creatus) [31] ſanitas ſuper-ædificatur.

Inprimìs itaq; cùm in omnibus creatis animalibus, vegetabilibus, & mineralibus ſit vnum, imo vnicũ [32] naturæ, [33] ſanitatis, & omnis mirabilitatis ſubiectũ, [34] à philoſophis veris, & Medico-chimicis ſempèr quæſitum, *etiamſi* paucis cognitum, *quod* eſt aurũ illud [35] â naturâ imperfectè relictum, [36] ſpirituale, & viuum, philoſophorum decantatiſſimum : Pſeudo-chimicorum aurum ſpecificatum, quia [37] ſimpliciter perfectũ, & [38] mortuum eſt [39] reiiciendum ; cum [40] ſanguis vivificans *non de mortuis*, [41] etiamſi ex mortuis, ſed de viuis, & [42] ſtatim de venâ venientibus, [43] cũ ſuo ſanguine, recens, ſit accipiendus: quia [44] natura ſenis animã in corpus iuvenile tranſformauit.

Et cum illud [45] illuminans lumen, alumen, & tinctura, ſemper in [46] hoſpitiis deſertis, [47] ſterquilinio, & [48] ventre corruptionum ſit inquirendum, quia [49] natura in lucem nihil illicò perfectum profert, quicunque naturam, id eſt Dei Opt. Maximi [50] creationem propiùs imitantur, citiùs, & meliùs ad aurũ illud [51] potabile vivum, veriſſimum philoſo-

[30] Alex. a ſucth. in tinct. Theoph. p. 147. ex Herm. & Plat. Roſ. phi. p. 281. 285 exer. in turb. 10. Mũd.
[31] Lull. pract c. 31.
[32] Corn. Agrypp. de occult philoſ. l. 1. c. 14. P. Bon. margarit. pret. c. 4.
[33] Lull. theor. c. 32.
[34] Par. tinct. phiſ. c. 2. & 4.
[35] Roſ. philoſ. p. 252.
[36] Scal. philoſ. p. 123.
[37] B. Treuiſ. de Alch. par. 2. Lud. puerorũ p. 172. Roſ. phil. p. 235.
[38] Lud. puerorũ p. 175
[39] Roſ. phil. p. 373.
[40] Sen. p. 64. Rog. Bach. de art. chim. c. 6.
[41] Par. de morte rerum. tõ. 6. p. 216.
[42] Secret Alch. Tho. Aquina. fra. Reil. c. 2.
[43] Roſin. ad Sar. p. 310.
[44] Balg. in turb.
[45] Geb. ſummæ perf. l. 1. part. 3. c. 28.
[46] Lull. theor. c. 67.
[47] Mori. Rom. p. 35.
[48] Lull. theor. c. 78.
[49] Par. de Alch. tõ. 2. p. 43. Labyrinth. med. c. 5. Tinct. phyſ. c. 5. [50] Alex. a Sucth. de trib. facult. [51] Scal. phil. p. 170.

phorũ balſamum, [52] tincturam veram, ex auro communi communitèr calcinato minimè productam, & ad [53] pretioſiſſima deniquè, & tanquàm immortalia rerum omnium arcana, quaſi in [54] arcâ claudenda medicamenta, quæ [55] vires, & virtutes earum ſunt, & [56] ſanitatis comites, [57] radicales humores confortantes, [58] ſuauitèr peruenient. Nullo modo igitùr ad monoculum Minotaurum aliquem (nudum ſcilicet Empyricum) ſed ad *Trinoculum* illum vnâ DEITATE concluſum eſt confugiendũ. In huius viis ſtare, & ambulare debemus. [59] Deus enim, qui dixit, vt lux è tenebris (vtì *deinceps manifeſtabitur*) ſplendeſceret, is eſt, qui ſplenduit (& ſplendet) in cordibus fidelium (Impium enim indecorumq; foret (vt olim Paracelſus) avi perfidæ cibum in os ponere) ad præbendum lumen cognitionis gloriæ DEI in facie IESV CHRISTI.

Antequàm DEVS OPT. MAX. vniuerſum cœli, & terræ creavit, [60] *ſpiritũ* [61] (qui eſt amor igneus, (*vt Heraclitus Epheſius*,) ſeu ignis inuiſibilis omnia naturans, & ad hunc vſq; diem fouens.) *Dominus* motare faciebat ſuperfacies aquarũ, [62] ex quibus, & in quibus, per [63] verbum ſolũ, [64] meditatione vnius, omnia, quæ facta ſunt, facta fue-

[52] Ripl. Angl. in præf.
[53] Auicen. tract. in epilogo. Par. ad Athenienſ. philoſ. l. 2. c. 14.
[54] Aur. conſurg. in prolog.
[55] Par. Archidox. l. 5. de Arcanis. Paramir. l. 4. de orig. morb. matr. tõ. 1. p. 182.
[56] Par. de vit. long. l. 2 c. 1.
[57] Par. de vit. long. tõ. 6. p. 118.
[58] Pythag. in turb.
[59] 2. Epiſt. ad cor. c. 4. ℣. 6.
[60] Gene. c. 1. ℣ 2.
[61] De Art. chim. ignot. in turb. c. 9.
[62] Pſalm. 24. ℣. 2. & 2. Pet. c. 3. ℣. 5.
[63] Iohan. Euang. c. 1. ℣. 3.
[64] Hermes.

fuerunt. Aquæ autem hæ, [65]decreto suo (quasi in globulum) vsq; ad consummationem lucis cum tenebris circinatæ, sine dubio fuerunt [66] puræ, & chrystallinæ, [67]sin minùs spiritui *Domini* minimè fuisset congruæ. [68] Omnia enim munda conueniũt mundis, alioquìn filios creasset dissimiles, sed *omnia in principio*, creatione finita, fuerũt[69] valdè bona: [70]*(quod maximum in physicis præparationibus, & maximè notandum:)* DEVS autem, qui vt [71] supremus medicus, & perfectissimus *Alchimista*, [72]medicinam solus faciens, [73] numerat, & ponderat omnia, [74] lucem à tenebris, *aquas ab aquis*, cœlum à terrâ, & humidum à sicco priùs separauit, quàm creationem perfecit.

Nil mirum igitùr (consideratis superius considerãdis omnibus) si [75]electrũ minerale immaturũ sit in [76]primâ suâ essentiâ corrumpendũ; si [77] vita à morte sit abigenda. [78]*(In quo dum moritur semen fructum dare fertur)*

Si [79] spiritus, qui dicitur fugitiuus, [80] (suæ tamen regionis proprietatem secum portans) [81] à corpore sit eleuandus; si [82] subtile a grosso sit diuidendum; si [83] aquæ ab aquis sint educendæ; si [84] cinis

[65] Iob. c. 26 ℣. 10.
[66] Alex. a Sucht. de trib. facult.
[67] Ezech. 36. c. ℣. 25. 26. 27.
[68] Epist. ad Titum. c. 1. ℣. 15. Arist. tract. p. 363.
[69] Genes. c. 1. ℣. 31.
[70] Ripl. Angl. in præf.
[71] Exod. c. 15. ℣. 26. Par. Paramir. tract. 5. de ente Dei. c. 5.
[72] Par. Labyrinth. med. c. 1.
[73] Dan. c. 5. ℣. 26. 27.
[74] Gen. c. 1. v. 4. ver. 6. ver. 7. 8. ver. 9.
[75] Par. Manual. de lap.
[76] Par. de mort. rerum. tõ. 6. p. 216.
[77] Iohan. Euang. c. 12. ver. 24.
[78] Rosar. Ar. l. 2. c. 24.
[79] P. Bon. margar. pret. c. 24 Lull. theor. c. 83.
[80] Lull. theor. c. 10.
[81] Plat. in turb. Lull. theor. c. 58. Scal. philos. p. 107. 154
[82] Ros. phil. 281. ex Her. Lull. theor. c. 73. [83] Ripl. Ang. de separat. Lull. theor. c. 9. [84] Seni. p. 18. Rosin. ad Euthic. 2. p. 257.

à cinere sit attollendus; si[85] aurum ab auro sit pellendum; si [86] mercurius à mercurio sit seiungendus; si[87] fermentum à corpore sit extrahendum; si deniquè [88] argentum per[89] Vulcanum [90] patrem sit per[91] putrefactionem, [92] sublimationem, & [93]calcinationem philosophorum separandum, [94]priusquàm in [95] solutione verâ, cum congelatione philosophicâ coniunctâ, ([96] PONDERATIS prius elementis philosophicè PONDERANDIS omnibus.

[97] *Nam corpus nequit spiritum retinere volantem*
Si non alterutrum facere berè noris.

Et[98] æquali lance libratis) in omnibus præparatis præparandis, [99]SPLENDOR SOLIS [100]seu leonis sanguis (qui est[101] **Die Brautdarumb man dantzet**)etiãsi tunc temporis etiam non perfectè, (sed quandò [102] aurũ per[103]mediatorem aërem, vbì nascitur sapientiæ filius, in [104] ventre venti portatus, in terrâ albâ foliatâ, [105] ignis frigidi, [106]coloris scilicet crocei, & rubei beneficio, seminatur) apparet. Quæ solo [107] sanguine proprio, & non alio; [108] spi-

[85]Rof.philof.p.169. 274. Arn.in com. Hor.scal.phi. p. 159. [86]Lull.theor.c.49. Clang. bucc.p.478 479. [87]Sen. p.98.Rosin. ad Euth.p.255. Scal.phil.p. 159. [88]Auicen tract.c.4. [89]Par.Tinct.phis.c.2. [90]Xamolxidis coll. [91]Lull.theo.c.27.88. Arist.tract.p.365. Auicen.tract.c.3. Morien.Rom.p.39. Ripl. Ang.de putr. lud.puer.p.187.ex Rof.Ar.l.2.c.8. Rof.phil.p.254. [92]Geb.sum.perf. l.1.part.4.c.42. Auicen.tract.c.6. clang.bucc.p.518. [93]Emigan.in turb. Lull.theor.c.19. Geb.sum.perf.l.1. part.3.c.28.Rosin. ad Sar.p.303.304. Albert.Mag.de Alch. cap.de calcinat.Scal. phil.p.133.Ripl. Ang.de calcinat.

[94]Ripl. Angl.c.de coniunct.Lull.theor.c.19.Anony.in Sen.l. 1.p. 187.[95] Auicen. tract.c.3.Lull.theor.c.63. [96] Augurel. chrys. 1. Geb sum. perf. l.1.par. 4.c.45. clang.bucc p.513.Laur. Vent.de lap.c.8.Rof.phi.250.[97]Carm.Arnold.attrib.Iob. c.14 ℣.4.[98]Rof.Ar.l.2.c.3.[99]Par.Tinct.phy.c.2.[100]c.4 [101]Alex a Sucth. in tinct Theo [102]Sen.p.32.Her.de com.c.3.[103]Sen.p. 27. [104] Herm.lull.pract.c.27.Ripl. Ang.in præf. [105]P.Bon marg.preti.c.15.[106]Par.ad Athen.l. 1.Alex 16. [107]Rof. phil.p.223.[108]De Art.chim.Incert.in turb.c.24. lull.theor.c.48. Morfol. in turb.

ritu

ritu proprio, & non alieno;[109] igne suo naturali, & non[110] ficto;[111] humido suo, & non mutuato;[112] argẽto sui generis viuo, & non alterius;[113] suo compari, & nõ contrario;[114] permanenti, & non fugitiuo: cum [115] mercurio ab ipso tracto, & non aduentitio;[116] ab eo in principio nato, & nõ aliundè allato; philosophorũ deniq; ([117] vicinitate naturæ primæ) [118] naturali menstruo *Raymundino vero*, & non fatuorũ ([119] improportionabilium scilicèt, quæ nec materiam dant, nec recipiunt) à *D Antonio *Raymundino* (solum) *dicto* perficitur.

[120] Non enim intrat in magisteriũ Garib, [121] qd. non est ortũ ab eo, & [122] omne, quod ponitur alienum à genere suo dissolutionẽ refutabit: quia[123] generãs actiuè, & generatum passiuè esse debent in vnà specie, & formà consimili: cùm[124] actio, & passio non possint esse sine proportionato in actu generationis, & corruptionis: & [125] lapis sapientum omnis ex seipso, & in seipso perficiatur: [126] naturâ sẽpèr plus gaudente cum naturâ propriâ, quam [127] extraneâ.

[128] Aurea igitùr est illa Alexandri à Suchthen aurei philosophi, & de philosophiâ multũ meriti (quem solummodò honoris causâ nominare cupio) de aureitate verâ sententia Germanicè conscripta. Kein

Ding

[109] Aur. consurg. c. 13 lull. pract. c. 18.
[110] Anony. in Sen. l. 1 p. 203.
[111] Lull. theor. c. 63. pract. c. 20. Ros. phil. p. 296.
[112] Yximid. in turb. Geb. sum. perf. l. 2. par. 1. c. 4.
[113] Borat. in turb.
[114] Ephist. in turb.
[115] Scal. phil. p. 108.
[116] Lull. theor. c. 59. 63. scal. phil. p. 156
[117] Lull. theor. c. 59.
[118] Ray. Lull. compend. animæ.
[119] Correct. fat. Rich. Angl. c 7.
* D. Anton. aur. potab. c. 4.
[120] Lib. secret. Calid. fil. Iazich. c. 9.
[121] Corr. fat. c. 6. lull. theor. c. 7. Ros. phil. p. 297.
[122] Lull. vad. mecum & theor. c. 60. Geb. sum. perf. l. 2. par. 1. c. 9 Exer. in turb. 8. Scit.
[123] Lull. theor. c. 43.
[124] Lull. theor. c. 42.
[125] Anony. in Sen. l. 2. p. 233. ex Sen. p. 41 48
[126] Plat. in turb. Auicen. tract. c. 1.
[127] Rosar. ar. l. 1 c 4. Fl. flor. Ar. p. 473.
[128] Alex. a Sucth. clau. Alch. seu tract. 2 de Antim.

ding das abgestorben ist, kan lebendig werden, dann durch sein eigen vnd einiges leben, vnd durch kein andern dings leben: id est, Nulla res mortua potest ad vitam reduci, nisi per suam propriam, & solam vitam, & per vitam alterius rei nullam. Cui etiam astipulatur aureus ille poëta, & philosophus [129] Iohannes Aurelius Augurellus

[129] Io. Aurel. Augurell. Chyse. l. 1.

——— ———Nam desupèr vndam
Enndebat, quæ mox argento excerneret aurum.

Et libro tertio.

Proderit hùc etiàm largas infundere rores
Seminis interdum proprii, ne fortè alienum,
Vt docui suprà, quicquam miscere labores.
Ni quòd multa queat connectere, forsitàn addas
Quódue etiam sparsum rebus communitèr insit:
Nam simili gaudere suo simile omne putato,
Atq́ etiam exterius simili quodcunq́ iuuari,
Præsertìm cum naturam natura requirat,
Atq́ amplexa parem, contraria cuncta recuset.

[130] Stilbon igitur quasi stillans bonum (cum [131] naturalissimum, et perfectissimum opus sit generare tale, quale ipsum est) solummodò splendori solis occurrit: [132] Basiliscus sapientum absq; cornu (cum [133] necesse sit vt agens, et patiens sint in genere res vna, et eadem) aquã cornu cerui, et lumen fluminis pulcherrimi solùm extrahit: [134] Aqua cum aquâ, [135] æs cum ære:

[130] Anony. in Sen. l. 1. p. 158.
[131] Arist. de ani. l. 2. c. 4.
[132] Anony. in Sen. l. 1. p. 190.
[133] Rosar. phil. p. 207.
[134] Sen. p. 18. Anony. in Sen. l. 1. p. 152.
[135] Hyar. & cadm. in turb.

ære; [136] gummi cum gummi; [137] argentum vivum cum argento vivo; [138] ſulphur cum ſulphure;[139] aurum cum auro; [140] ſpiſſum cum veneno igneo; [141] claritas quinti luminis cum ſimili virtute; [142] ſponſus cum ſponſa;[143] ſerpens ſive [144] ſolis [145] filius cum ſorore ſua; [146] Cœlum cum terra;&[147] ſpiritus deniq; cum corpore proprio tantũmodo commiſcetur. [148] Ambæ enim *aves Senioris* ſunt colligatæ, quarum vtraq; retinet caudam alterius: quia [149] natura naturam ſequitur; et[150] natura non continetur niſi in ſuâ naturâ.

[151] Nam quamvis *diſſolutio* metallorum fit quandoq; per ignis potentiam;(vt metallarij) ea tamen eſt potius liquefactio; et quandoq; cum rebus extraneis, et non permanentibus,(ut omnes *Pſeudochimici*) quæ etiam eſt [152] fatuorum qui compoſitum derſtuunt, et non perficiunt: Vnica tamen eſt naturalis, et ſola neceſſaria, quæ fit[153] in rebus radicalibus ſui proprij generis, [154] et materiâ, et formâ permanentibus. [155] Anima enim corpus ſuum citò ingreditur, quæ cum corpore alieno nullatenùs conjungitur: et temperamentum non fit, niſi per ſui humoris naturæ [156] additamentum, id eſt, per

C restau-

[136] Roſar.phil.p. 247.
[137] Yximid.& conſt. in turb.Scal. phil.p.167.Teſt. nouiſſ.Ray.Lull.l.2. c.4.
[138] Herm.de comp.c. 2.Anony.in Sen lib. tri.verb.p.287.Clang. bucc.p.467.
[139] P.Bon, marg. pret.c.11.
[140] Moſi in turb.
[141] Lull.theor.c.53. Anony.in Sen.p.158
[142] Auicen.tract.c.3.
[143] Exert.in turb.7. Zim.
[144] Lull theor.c.67.
[145] Ariſt.tract.p.363.
[146] Do art.chim. Ignot.in turb.c.14.
[147] Id. ibid.
[148] Sen.de chem.p.19
[149] Ariſt.tract p.373.
[150] Plat. in turb.
[151] Bern.Treuir.ad Tho.de Bonon. p 63.64.6 .
[152] Correct.Fat. c.7.
[153] Lull.theor.c.59.
[154] Ber.Treuir.ad Tho.deBonon p.60.
[155] Spec.Alch.Bach. c.7 ex Morien.Rom. p.49.
[156] Lull theor.c.82.

[157]restaurationem rei deperditæ, scilicèt [158] vitæ (vt inquit Socrates) quæ est[159] spiritus, (verissimè sic dictus, quia corpori mortuo vitã tribuit, quam priùs nõ habebat, et in meliorem formam producit) sive[160] consideratione *Alchymistarum* mercurius (quo [161] semoto (quia [162] animæ locus) sequitur corruptio) seu [163] aquila, sive [164] aqua philosophorum clarissima, in [165] quâ solis, et lunæ corpus (aurum scilicet vivum, et argentum vivum, quæ sunt [166] virtualitèr, et potentialitèr in omnibus creatis [167] vnum, et idem) solvitur, quod [168] in aliâ non potest solvi aquâ: quia [169] Draco non moritur nisi cum fratre, et sorore interficiatur, et non per vnum tantùm sed per ambo simùl.

Intentio enim philosophorum est, vt [170] corpus, quod non erat aqua, cum aquâ (propriâ videlicet, et [171] pregnante, quia in[172] habentibus symbolum facilis est transitus) fieret aqua, non simplex, quia [173] ex simplici nil fit, sed composita; et tamèn [174] pluralitas (vt inquit Mandinus) non curanda, cum [175] vnica solummodò, [176] quia esse rei tantum vnicum, [177] etiamsi ex duabus substãtijs mercurialibus, crudis, et ex naturaliũ omnium mineris tractis, [178] forma differentibus, sit verita-

tis

[157] Lull. theor. c 92.
[158] Effer. Monach. de thesaur. phil. p. 276.
[159] Semit. semitæ p. 438.
[160] Clang. buc. p. 479.
[161] Clang p. 475.
[162] Rosar. Arn. l. 2. c. 11. Clang. p. 489.
[163] Anony. in Sen. l. 1. p. 165. ex Sen.
[164] Ros. philos. p. 213.
[165] Alan. de lap.
[166] Ros. philos. p. 253.
[167] Bern. Treuis. de Alch. par. 2. Ros. philos. p. 272.
[168] Clang. buc p. 470
[169] Ros philos. p 274.
[170] Agadm. in turb.
[171] Lud puer. p. 189.
[172] Clang. buc. p. 475.
[173] Clang. 471.
[174] Agadm. in turb. & Senten. in turb. 75.
[175] Exert. in turb. 8. Scit. Lud. puer. p. 191. Sen. p. 44.
[176] P. Bon. marg. pret. c. 10.
[177] Sen. de chem. p 49 Ber. Treuis. par. 3. Ro. philos p. 271.
[178] Mandin. in turb.

tis natura, [179] quæ aqua(vt anteà)et [180] sapientum pondera (quod maximum Philosophorum arcanum) et [181] ignis nominatur, qui [182] solvit corpus in spiritum, et de mortuo facit vivum, quod [183] ignis extraneus; quia inæqualis, et excessivus, [184] temperantiâ carens, facere non potest. Nam *spissa corpora(*[185] *alas minimè habentia)* [186] *nisi* diruantur donèc *corpora fiunt incorporea*[187] â naturâ corpore carente (eiusdem nimirùm generis, quia [188] natura naturâ lætatur) id est aquâ [189] philosophorum siccâ, animam ex corporibus perfectis extrahente solâ, [190] *anima tingens, sive*[191] centri centrum, [192] naturæ habitaculum, id est, [193] aurum vitæ verum, et vivum, seu [194] naturæ sulphur, quod est ignis simplex alia corpora mortua vivificans, [195] extrahi non potest.

Ista igitùr vita priùs deperdita, iste spiritus, seu Alchymistarum mercurius, ista aquila, seu Philosophorum potiùs aqua clarissima, non simplex, sed [196] ex aqueo subtili cum subtili terreo mixto composita, & ex duabus mercurialibus substantiis extracta, ista (inquam) aqua, & sapientum pondera, iste ignis, seu aqua, in formâ aquæ claræ [197] sicca, et iste deniq; [198] vapor extremorum, (vt in hoc vapore solo

[179] Mari in Sen. p.16. Exert. in turb. 14. Menadab.
[180] Epist. Arnald. Ros philos p.250.
[181] Aur. consurg. c.13 ex Sen. p.29. Ros. philos. p.273.
[182] Lull. theor. c.61. Effer. Monach. de thesaur. philos. p.276.
[183] Anony. in Sen. l.1. p.203.
[184] Id. Ibid. Lull. theor. c.85.
[185] Sen. de chem. p.34.
[186] Archel. in turb.
[187] Plat. in turb.
[188] Parmenid. in turb.
[189] Clang. buc. p.489.
[190] Clang. p.515.
[191] Lull. theor. c.51.
[192] Lull. theor. c.6.
[193] Clang. bucc. p.515
[194] Corr. Fat. c.6.
[195] Agad. in turb.
[196] Clang. bucc. p.486
[197] Lull theor. c.55.
[198] Anony. in Sen. l.1 p.191. Zeum. in turb. Lull. theor. c.86.

[199] Scal. philoſ. p. 114.
[200] Auicen. tract. c. 4.
[201] Lull. theor. c. 86.
[202] Pythag. in turb.
[203] Ibid.
[204] Lull. theor. c. 87.
[205] Roſ philoſ. p. 223
[206] Ariſt. chym. in epi ad Alex.
[207] Lull. theor c. 87.
[208] Lull. theor. c. 91.
[209] Anony. in Sen. l. 1. p. 173.
[210] 1. epiſt. ad Corr. c. 15. ver. 37.
[211] Ariſt. Stagir. Polit. l. 1. c. 2. Ariſt chym. in epiſt ad Alex.

ſolo omnia nominanda (eo [199] quòd illo ſolo vti debemus in totâ operatione philoſophicâ) [200] quia omnia continet, concludam) eſt (*vt inquit Raymundus*) [201] ſuus humor menſtrualis, argentum ſuum vivum cum corpore proprio coniunctum, aqua ſua viva, argentum ſuum vivum, & aqua vitæ, quæ corpora mortua reſuſcitat, & in [202] ſpiritum conuertit, [203] ſine quo nec albedo, nec nigredo, nec rubedo conſiſtit.

[204] Nam vt eſt cauſa mortis ſuæ, ſic omne corpus, quod ei commiſcetur teritur, & morti datur, ſcilicèt, [205] quod eſt de natura ipſius, & [206] quod digerere valet, illud autem ſuũ ſolũ eſt, & non alienũ.

[207] Et vt ipſemet ſeipſum interficit: ſic poſteà occidit patrem, & matrem ſuos, non alienos, & extrahit omnes ipſorum humiditates, & deindè eos reſuſcitat (quia [208] omnis generatio debet eſſe ex convenientibus naturæ, [209] & homogeneis) tali, ac ita magno ſplendore, ([210] quia id, quod ſeminatur, nequaquam ipſum corpus, quod futurum eſt, ſeminatur) quòd per illam reſuſcitationem pater, & mater ſui cũ ipſo vivent, nec vnquã morientur.

[211] Natura enim (vt inquit Ariſtoteles) nihil temerè, aut fruſtrà, vel in vanũ operatur

ratur,& quicquid fuerit vltra naturam, vel contra naturam, vel contra modũ, vel motum naturæ, non perficietur: [212] quia quilibet in suo chao sanus manet, in alio moritur: & [213] sic ille non solum, qui sine fecibus sublimat: verumetiam, qui cum fecibus, cum quibus spiritus sublimandi non vniebantur in profundo, inutiliter laborat.

Vanum itaq; & explodendum est illud D. Antonii nugamentum *Raymundinum dictum, & imaginativum*, quod post subiecti corruptionem, distillatione separatur & non remanet in perpetuum. Cum [214] nullum sit verum, & genuinum alicuius medicamenti menstruum, nisi naturale proprium maternum, quod cùm [215] corpori miscetur, continetur, & vnum fit cum eo, & vertit ipsum in spiritum, & sic fit [216] permanens (quia [217] posse ab ipso esse nihil differt in perpetuis) in æternum.

Et irridenda, quia fatua, est illius *aqua instrumentalis* ficta, quia instrumentum merè fictitium, & [218] non cum humido radicali participans verum; nec cum terra præparata, præparandi medicamenti aliquo modo [219] congelandum: [220] quæ congelatio spiritus, cum resolutione corporis, [221] nunquam postea separandorum con-

[212] Par. lib. phylos. de Nymph. Sylph. &c. tract. 2.
[213] Geb. sum. perf. l. 1. par. 4. c. 43.
[214] Clang. bucc. p. 478
[215] Pythag in turb.
[216] Aristh. in turb. Ros. philos p. 294.
[217] Arist. Stag. phyl. l. 3. c. 4. tex. 32.
[218] Lull. theor. c. 48.
[219] Parmen. in turb.
[220] Lull. theor. c 93.
[221] Auicen. tract. c. 3.

iuncta (quòd non perficiatur nisi cum [222] simili sulphure sui, id est [223] eiusdem naturæ; & ponderis) [224] est totum philosophorum magisterium; [225] maximum naturæ arcanum : & [226] primum philosophiæ fundamentum.

Nisi igitur [227] similes res (D.Antoni) quia [228] natura non emendatur, nisi in suâ naturâ, & [229] materiâ, & formâ permanentes(quia natura (*vti Plato in turba*) naturam continet;

[230] *Vt duo qui fuerant, vnum quasi corpore fiant,*

([231] quia duo magis in vno servata lucent) initio coquendi receperis, & [232] consanguinea consanguineis, absque manuum contritione(vt in iis, quæ dicenda restant, etiamsi nec tibi, tuive similibus nugivendulis : omnibus tamen doctrinæ filiis facilè apparebit) subtiliaveris; [233] donec omnia aqua fiant iterùm, [234] amoroso ignis amicitiæ nutrimento [235] recongelanda : nondùm opus naturale invenisti aliquod, multo minùs [236] pretiosissimum, & [237] potens naturæ arcanũ, & summum medicorum, & philosophorum, morbos omnes [238] supra omnẽ numerum aliarũ medicinarũ, [239] instar ignis invisibilis consumens, aurum potabile verum, non dictum, vel fictum, sed [240] verè

aureum

[222] Anony in Sen. l.2 p.233 Ysimid. in turb. Effer. Monach. de thesaur. phil. p.275.
[223] Specul. Vincent. p 42.
[224] Lull. theor. c.93.
[225] Yximid. in turb.
[226] De Art. chim. Incert. in turb c.11.
[227] Ros. philos. p.213
[228] Epist. Monach. ex Plat in turb.
[229] Bern. Treuir. par 60. vt supra.
[230] Mascul. in Ros. phil.
[231] Par. tinct phys. c.2
[232] Parmenid. in turb.
[233] Nich. Flamell. ex Alphid.
[234] Ber. Treuis de Alch. par.3. Lull. theor c.18.
[235] Bern. Treuir. ad Tho. de Bonon. p.60.
[236] Auicen. tract. in epilog. Geb. sum. perf. l.2. par.1. c.26 P. Bon. marg. pret. c.10.
[237] Bel. in turb.
[238] Lull. pract. c.31. Lud. pucr. p.203.
[239] Par. tinct. phys. c.7
[240] De Art. chim. Incert. in turb. c.18.

aureum medicamentum: quià [241] natura non poteſt (multo minùs artiſta ullus) aliam introducere materiæ formã, præter eam ſolam, ad quam finalitèr eſt inclinata, diſpoſitáq;: [242] Cuius compoſitio in toto artificio ſeu magiſterio, eſt coniunctio, ſive matrimonium congelati ſpiritus cum corpore ſoluto.

Et ideò [243] qui quærit per artem extra naturam per artificium inducere aliquid in rem, quod in eà naturalitèr non eſt, [244] ſtultè quærendo errat, & ad perfectam alicuius medicamenti præparationem non perueniens, errorem ſuum deflebit.

Sed hic [245] primus veriſſimæ medicamentorum præparationis gradus, qui ad [246] perpetrandam veritatem [247] (cui magìs inſiſtendum, quàm opinioni hominum) rei uniùs, eſt neceſſarius, & [248] Artiſtæ manibus, per ſublimationem, & mundationẽ præparatus, erit finitus: et ad ſecundam philoſophicæ præparationis operationem, quæ [249] mortificando, & reſuſcitando, [250] naturali ſolutione, diſtillatione, calcinatione, & conformi coniunctione, per ſublimatorum, & mundatorum [251] fixionem, & permanentiam, cum [252] patientiâ, & temperantiâ, ſine [253] manuum trituratione [254] puerorum more ludendo

[241] Bern. Treuis. de Alch. par. 2.
[242] Lib. ſecret. Calid. fil. Iazichi. c. 1.
[243] Roſ. phil. p. 357.
[244] Morien. Rom. p. 52.
[245] Geb. ſum. perf. l. 2. par. 1. c. 37.
[246] Herm.
[247] Ariſt. Metaph. pri.
[248] P. Bon. marg. pret. c. 10.
[249] Anony. in Sen. l. 2. p. 215.
[250] Ariſt. chim. ad Alex. epiſt.
[251] Geb. ſum. perf. l. 1. par. 4. c. 53.
[252] Roſ. phil. p. 214.
[253] Lull. theor. c. 74.
[254] Roſ. philoſ. p. 223.

ludendo perficitur, feſtinat oratio.

[255] Lull. theor. c. 94.

[255] Omnia enim philoſophorũ regimina ſunt ita interligata, & incatenata, vt de vnâ abſq; aliâ dicere, aut quicquam facere ſit impoſſibile. Quia (*vt Raymundus*) primum adjuuatur à tertio, & ſecundo, & tertium à primo, & ſecundo; & ſecundum à primo & tertio. Quid enim valeret ſublimatio ſine coniunctione, & calcinatione; aut coniunctio ſine ſublimatione, & calcinatione; aut calcinatio ſine ſublimatione & coniunctione?

Omnia enim iſta ligantur vnum cum alio.

[256] Lull. theor. c. 36. & 63. Scal. phil. p 108. Theoph. Buckl, in Hort. olymp. aur. p. 152. [257] Clang. Bucc. p. 479. [258] Agad. in turb. [259] Lull. theor. c. 92. & pract. c. 10. [260] Scal. phil. p. 125. Exert. in turb. 11. Pandulph. [261] Roſin. ad Sar. p. 284. [262] Clang. bucc. p. 486. Agad. in turb. [263] Ariſt. de perf. magiſt. p. 107. [264] Ariſt. de perf. magiſt. p. 104. [265] Bonell in urb. [266] Iodoch. Grever.

Nam ſpiritus etiamſi [256] ſeptenâ diſtillatione mundatus, & ſublimatus, [257] non coagulatur, niſi reductione ſuprà corpus philoſophicè priùs [258] flammâ ignis occupatum, & per [259] evacuationem humidi radicalis [260] combuſtum & calcinatum.

Reductio ſive coniunctio, quâ corpus beneficio ſpiritus in [261] aquam reducitur, & ſic vnà cum ſpiritu fit aqua ſine [262] diuiſione vna; non ritè, niſi [263] operatione præcedente perfectâ, & ſublimatione et calcinatione peractâ, vbi [264] componentium pondera ſint completa, perficitur.

Et terra deniq; etiamſi [265] abſq; timore combuſta, et [266] tauris ignem ſpirantibus

tibus exculta, et [267] in cinerem conversa, [268] antequàm tingatur, quia inanimata, non tingit, nec fructum aliquem absque spiritus [269] perfectè depurati coniunctione, (quia spiritus, [270] generationis author [271] perficit) [272] portat, aut [273] pretiosum [274] ignis, sive [275] solis filium gignit.

Et simili ratione, quemadmodùm in *primâ operatione* [276] sulphuris, & eius mercurii; [277] corporis, & spiritus; diversis veri operatoris intentionibus, [278] vnicum [279] compositum, & coniunctum opus, & [280] impraegnatum, in ventre venti posteà portatum [281] venenum aureum, [282] ponderatione vnius, producitur.

Sic in secundâ operhtione, quia [283] terra fructum non gerit absq; irrigatione frequenti, [284] iteratis *dulcitèr* cum magno ingenio, [285] sicut ovorum nutrix, [286] solutionibus, putrefactionibus, distillationibus, sublimationibus, & veris, ac naturae consentaneis calcinationibus [287] paulativis, & proficuis; Illud [288] vnicum opus [289] de coelo in terras descendens, & ibi ventum quietis, qui lapidem in ventre venti volantis portatum fixat, recipiens; [290] vnico vase, [291] vnico regimine, [292] adap-

 tatione

[267] Pythag. in turb. Exert. 4.
[268] Aur Cons. p. 213. ex turb. Yximid.
[269] Ros. phil. p. 247.
[270] De art. chim. ignot. in turb. c. 11.
[271] Lull. theor. c. 48.
[272] Id. ibid.
[273] Agad. in turb.
[274] Scal. phil. p. 109.
[275] Lull. theor. c. 67.
[276] De art. chim. ignot. in turb. c. 14.
[277] Lull. theor. c. 93.
[278] Ascan. in turb.
[279] Zeum. in turb. Lull. theor. c. 48. Semit. Semit. p. 445.
[280] Arnol. de Alchim. in fine.
[281] Anaxag. in turb.
[282] Herm. Clang. bucc. p. 467. 505.
[283] Arist. tract. p. 370.
[284] Herm. Scal. phil. p. 121. 136. Geb. sum. perf. l. 2 par. 1. c. 26. Morf. in turb. Lull. theor. c. 69.
[285] Ros. phil. p. 258. Arist. chim. in Epist. ad Alex.
[286] Avicen. tract. c. 6. Morien. Rom. p. 36. Rosin. ad Sar. p. 291.
[287] Lul. pract. c. 25. 27
[288] Crans. in turb. Rosin. ad Sar. p. 289. Yximid. in turb.
[289] Lull. theor. c. 69.
[290] Scal. phil. p. 113. Ros phil. p. 223. 362. Avicen tract. c 6.
[291] Exert. in turb. 11. Pandul.
[292] Herm.

tatione vnius, per [293] artificium à Philosophis mirabilitèr occultatũ, perficitur.

Et demùm in *tertiâ operatione* [294] ex eodem circulo maris, & fæminæ; corporis nimirùm, & animæ; [295] paulatìm, & paulatìm cum longâ trituratione, & temperatâ imbibendo coniunctione, facto: per extractionem [296] quadranguli, & ex quadrangulo trianguli, iisdem naturæ, & superiorum, & inferiorum circumvolutionibus, eodem vase, & regimine peractis, ad circulum tandèm rotundum plus-quàm-perfectũ, [297] nutu, & [298] virtute *DEI* perducitur.

In operationibus *Alchimiæ*, (quæ [299] adeò sublimis est, [300] fæcunda, atque magnifica, vt in eâ tota penè natura, totáque rerum vniuersitas tanquàm in liquido speculo conspiciatur) superioribus, maximis laboribus, [301] manuum benedictis, & animi augustiis, *DEI OPT. MAX.* [302] auxilio ad finem perductis, insinuavimus, omnes Medicos naturalitér operantes, et veros omnes Chimicos, & Philosophos naturã, id est, rerũ omniũ in principio creationẽ imitari debuisse, vt pulvere in terram (vti [303] corpus humanum ex [304] terrâ desumptum, quemadmodùm fuerat) & spiritu ad cœlum (vti [305] spiritus etiam;

[293] Clãg. bucc. p. 467
[294] Rosſ. phil. p. 273. Ex Geb. de inv eſt. magiſt.
[295] Exert. in turb. 12. Theoph. Auicen. tract. c. 5. Rosar. Arn. l. 2. c. 15.
[296] Rosa. phil. p. 261.
[297] Spec. Alch. Rog. Bach. c. 6. Parmen. et Dar. in turb. Moriẽ. Rom. p. 36.
[298] Lib. trium. verb. Kallid. c. 4.
[299] De Art. chim. Ignot. in turb. c. 7.
[300] Par. de caducis. parag. 3.
[301] Psal. 128. ℣. 2.
[302] Lud. puer. p. 199
[303] Eccl. c. 12. ℣. 9.
[304] Gen. c. 3. ℣. 19.
[305] Eccl. c. 3. ℣. 21.

etiàm hominis ad *DEUM*, qui dederat illum; etiamsi spiritus bestiæ deorsum in terram) redeuntibus, & [306] omnibus in id ex quo fuerunt ab initio resolutis: [307] terráque inani, & vacuâ, & tenebris supra abyssum, id est, omnibus fugitivis, & adustivis substantiis corrumpentibus, & omne perfectum opus annihilantibus, (naturam [308] *Gehennæ* [309] *futuræ* significantèr ostendentibus) in locum destinatum proprium à veritatis lumine omnia illuminante abjectis, & detrusis, ad *aquas* tandèm, aut [310] *aquam* potiùs([311] non simplicem, & meram, sed ex ære philosophico, & aquâ simplici compositam, ex *aquis nimirùm* priùs seperatis confectam) [312] puram, sinceram, ab omni inquinamento vacuam, & non vulgari aliquâ trutinâ, sensus nimirùm, aut rationis, sed veri aurificis, (Philosophi videlicèt diuina *mentalitèr* contemplantis staterâ Spagyro-medicis, aut Physico-chymicis solummodò cognitâ [313] ponderandam chrystallinam, tandèm aliquandò pervenire potuissent.

Ita vt, queâdmodùm *DEUS OPT. MAX.* in principio [314] ex *aquis* omnia creavit, & per [315] *aquam, & spiritum* recreare seu regenerare decrevit: Sic perfectò Spagy-

306 Arist. phys. l. 3. c. 5. tex. 45. Avicen. tract. c. 3. Semit. Sem. p. 437.
307 Geb. sum. perf. l. 1. par. 4. c. 45. Lull. theor. c. 70. Clang. bucc. p. 513.
308 Isai. c. 30. ℣. 33.
309 Apoc. c. 20. ℣. 14.
310 Yximid. & Eximen. in turb. Scal. phil. p. 114.
311 Exert. in turb. 8. Scit.
312 Herm. de comp. c. 2. Lull. theor. c. 47. Ros. phil. p. 223.
313 Ros. phil. p. 251. Laur. Vent. de lap. c. 19.
314 2. Epist. Pet. c. 3. ℣. 5.
315 Evang. Joh. c. 3. ℣. 5.

ro, & vero Medico, à perfectissimo, ac verissimo Spagyro [316] primo, & Medico *DOMINO* nostro *IESV CHRISTO* edocto, per *aquam* ([317] divinã, [318] permanentẽ, & [319] volantem, [320] sanguinem, & naturalem calorem retinentem) ex *aquis* è chao despicabili ([321] vti lilium ex spinis) extractis, solam; [322] & terreitatis immundæ, & subtilissimarum, & fumosarum partium adustionem cum corruptione adducentium, per ignis administrationem debitam remotione, [323] sublimatam; & diversitate mixtionis elementorũ, [324] distillando, redistillando, dissolvendo, & congelando, & (vt vno verbo dicam) omnia subtilitèr [325] sublimatione solâ perficiendô, perfectissimè mundatam; *aquâ & spiritu* (donec [326] VENVS, in quâ totum arcanum delitescit, aquam suam, *id est* [327] *animam candidam conceperit*) continuò, & [328] perseverantèr, Artistæ ministerio, [329] coquendo, & recoquendo agitantibus, & post spiritus, animæ, & corporis ([330] *influentiâ frigoris calidum aeris in centro corporis comprimente, vt in omnibus vegetantibus hyemis tempore videre licet*) [331] vnionem miraculosam; [332] incorruptibile granum perfectè regeneratum, [333] quia tunc ignis philosophiæ perpetuò est accensus,

[316] Par. Tinct. Phys. c. 5.
[317] Sen. de Chem. p. 97.
[318] Agad. in turb.
[319] Sen. de Chem. p. 34.
[320] Dard in turb.
[321] Cant. can. c. 2. V. 2
[322] Geb sum perf. l. 1. par. 4. c. 43.
[323] Lull. theor. c. 54. Geb. sum. perf. l. 1. par. 4. c. 42. Aur. consurg. c. 20.
[324] Lull. theor. c. 67.
[325] Avicen. tract. c. 6. Fl. flor. Ar. p. 484. Alex. a Sucht. sup. Manual. Par. concord. chym. p. 106. Geb. sum. perfect. l. 2. par. 1. c. 26.
[326] De arte chym. incert. in turb. c. 19.
[327] P. Bon. marg. pret. c. 11.
[328] Ros. min. par. 2. c. 4.
[329] Ros. phil. p. 269.
[330] Lull. theor. c. 25.
[331] Clãg. bucc. p. 510.
[332] Clang. p. 482.
[333] Lull. theor. c. 71.

census, [334] non extrahentibus, sed educentibus, [335] *IGNIS secreti* (quod maximum est in arte) [336] *FRIGIDI* nimirùm & [337] *sicci* beneficio,

[338] *Vt non candescat rosa, verùm luce lucescat,*
Tantùm fervescat iugitèr, fervore quiescat:
Donec splendorem tribuat, tollátque nitorem,
Candida candorem generat, rubicunda ruborem.

NOVA, & [339] spiritualis medicina, & [340] quinta essentia [341] totius Philosophiæ occultæ, aut *Magiæ* (non superstitiosæ sed naturalis) Minerua atque Margarita præcipua, [342] victoriæ corona, per se cujuslibet corporis sanitatis conservatiua, resurgeret.

In quâ resurrectionis conjunctione, sive [343] compositione [344] sanguinolentâ ([345] vbi necessario vita) [346] post linearem puncti monadici elementorum effluxionem extremam, & in circulum completum, [347] vnitissimam *Magorum* vnitatem circumrotationẽ plus-quàm-perfectam, ([348] quia ignis cùm sit incorruptibilis, quandò ab vno subiecto separatur immediatè introducitur in aliud, nisi per ignem impediatur extraneum) sicut *magnus mundus* in die novissimo, in quo [349] cœli flagrantes solventur, & elementa æstuantia liquescent, in [350] suam primam essentiam

[334] Nov.lum.Ar.c.6. Lud.puer.p.192. Avicen.tract.c.5. Laur.Vent.de Lap. Phil.c.30.ex Alphid.
[335] P.Bon.marg.pret. c.4.
[336] Scal.phil.p.146.
[337] Raym.de lap.
[338] Carm.vet.in lib. Ray.de lap.recitat. Thesaur.Olymp. p.138.
[339] De Art.chim. ignot.in turb.c.10.
[340] Arist.chim. epist. ad Alex.
[341] De Art.chim. ignot.in turb.c.7.
[342] Sen.de chem. p.31.37.
[343] P.Bon.marg. pret.c.4.
[344] Barsen.in turb.
[345] Leuit.c.17.℣.11. 14.
[346] Mona.Hierogl. theor.24.
[347] Mon.Hierogl. theor.23.
[348] Lull.theor.c.29.
[349] 2.Epist.Pet.c.3. ℣.12.
[350] Isai.c.65.℣.17.

tiam convertetur, quæ posteà [351] ignem cœli non timebit: Sic [352] *minor mundus* (ita enim à Philosophis appellatur eorum perfectum *opus*) [353] priore longè excellentior, [354] spiritualis, & sic sanguine plenus, absolutè, elementis omnibus, [355] contritione philosophicâ in pulverem contritis, &c, [356] absq; metu ignis quiescentibus, purgatus, quousq; [357] motus ejus sine corruptione aliquâ, quia [358] corruptio non consequetur hæreditate incorruptionem, permaneat, & arrestetur: [359] habebit gloriam, & [360] fortitudinem omnium fortitudinum naturalium fortissimam, & sempiternam, & fiet [361] totus spiritualis, vt ipsa anima; [362] corpus erit forma, [363] quia in animam spiritualem conversa; tinctura erit [364] fortis, [365] permanens, prægnans, & [366] incombustibilis; & color, [367] quia anima, erit necessariò substantia, nec arte, nec cogitatione [368] à corpore, seu subiecto in spiritum omnia [369] tingentem converso (sunt enim [370] vnum, & idem, ut [371] aqua mixta aquæ) in æternum separanda: terra tunc & [372] aerea, & ignea [373] erit cœlestis, imò [374] animæ cœlum ([375] quia vis integra est, quandò in terram versa) & [376] corpus in decorem,

[351] Isai. c. 66. ℣. 22. Luli. theor. c. 51.
[352] Rosin. ad Sar. p. 309. Lull. theor. c. 47. 51
[353] De Art.. chim. ignot. in turb. c. 14.
[354] Dard. in turb.
[355] Asfot. in turb.
[356] Scal. phil. p. 146.
[357] Lul. the. c. 10. & 32
[358] 1. Epist. ad Cor. c. 15. ℣. 50.
[359] Rof. phil. p. 381.
[360] Herm.
[361] Alex. a Suchth. in Tinct. Theoph. p. 175 ex P. Bon. c. 13.
[362] P. Bon. marg. pret. c. 11.
[363] Rosin. ad Sar. p. 290. lib. trium. verb. Anony. in Sen. p. 279.
[364] Parmen. in turb.
[365] Lud. puer. p. 189.
[366] Aur. consurg. c. 20
[367] Scal. phil. p. 152. Rof. phil. p. 247. 335. Rof. Ar. l. 2. c. 11. Barsen. in turb.
[368] Lud. puer. p. 197.
[369] Lib. trium verb. Anony. in Sen. p. 279
[370] Agad. in turb. Lud. puer. p. 189.
[371] Avicen. tract. c. 3.
[372] De art. chim. ignot. in turb. c. 14.
[373] Scal. phil. p. 121.
[374] De Art. chim. ignot. in turb. c. 14.
[375] Herm.
[376] Clang. bucc. p. 465.

decorem solarem conversum. Imo [377] vnitas erit, et identitas omnium trium substantiarum, spiritus, animæ, et corporis, quia, vt [378] spiritus animam retinet, sic anima corpus. [379] sulphura enim [380] cœlestia, id est argenta viva, sulphuribus terrenis [381] in æris corpore contentis continentur, et [382] iure naturæ gaudet natura suâ naturâ adventante.

Et sic verissimè (vt *DEVS OPT. MAX.* ([383] vult enim sese *DEVM* ostendere per creaturarũ stupendam veritatem & naturã) in [384] omnibus creatis ordinavit) [385] erit perfectũ *divinæ TRIVNITATIS* symbolũ, & simulachrum absque [386] separatione in *æternum. Sicut* verè patet (vt [387] optimè Suchthenius ex Petro Bono, & quemadmodùm [388] *DEVS* ipse semetipsum manifestum fecit) de identitate et vnitate *PATRIS, FILII*, et *SPIRITVS SANCTI*, quæ sunt in ipso *DEO* vnum, et idem, cum distinctione, absque diversitate in substantiâ.* Occulta enim *DEI* à fundamẽtis mũdi in creaturis suis per intellectũ conspiciuntur, & virtus eius, & divinitas eius, quæ est in æternum.

Sed forsàn interrogabit D.A. quomodo possint hæc fieri? Esne tu Medicinæ Doctor, & in *Empyricorum* Israel magister

[377] P.Bon.marg.pret. c.13. Laur.Vent.de lap.c.30.
[378] Ros.phil.p.335. Ros.Ar.l.2.c.11.
[379] Crans.in turb.
[380] Herm.de comp. c.2.
[381] Anony.in Sen.l.1. p.160.
[382] Menadab.in turb.
[383] Par.lib.Phil.de Nymph.Sylph.&c. tract.2.tom.9.p.42.
[384] Par.lib.meteor.
[385] De Art.chim. ignot.in turb.c.7.
[386] Ros.phil.p.335. Scal.phil.p.121.
[387] Alex.a Suchth. in Tinct.Theoph. p.175.ex P.Bon.c.13
[388] Epist.ad Rom. c.1.v.19.
* v.20.

ſter magnus, & Philoſophus Spagyrus, qui *Hermeticam* medicinæ præparationem ad vnguem calles, & ſummam auri confectionem tam audactèr mundo proponis, & hæc non intelligis? Annon *IEHOVAH DEVS* [389] cælos & terrã implens, ([390] penes quem, & non penes *Ethnicos* cuiuſcunque farinæ *Philoſophos*, aut *Medicos*, ſcientia, principium, finis, et perfectio medicinæ, vt et aliarum rerum omnium habitat, à quo quaſi [391] centro perfectiſſimo, et ad quem omnia fluunt, et refluunt) etiamſi [392] herbas teneras, herbas ſementantes ſemen, arbores fructiferas edentes fructum ſecundum ſpecies ſuas ex terrâ produxit: [393] pluviam (tamèn) ex aquis ad cœlum verbo ſuo (verbum factum intellige vt in *Pymandro*) priùs evectis, iterùm ſuper terram dimiſit, aut vniverſam terræ ſuperficiem [394] vaporibus à terrâ aſcenſis irrigavit; priuſ-quàm fructum aliquem ferebant, aut ſpecies earum proprias multiplicarent? Annon etiàm ab illo omnium creatarum rerum principio ad hunc vſque diem videre licet, terram exciccatam eſſe minimè [395] frugiferam, ſi non imbribus continuis, et roribus cœleſtibus matutinis ſæpiùs confortetur?

[389] Ierem. c. 23. ℣. 24.
[390] Par. labyr. med. c. 1.
[391] Par. explicat. Aſtr. c. de comp. human. gener.
[392] Gen. c. 1. ℣. 12.
[393] Gen. c. 2. ℣. 5.
[394] Gen. c. 2. ℣. 6.
[395] Roſ. phil. p. 281.

Qua-

Quapropter *IEHOVAH*, *ELOHIM*, *PATER*, *FILIVS*, et *SPIRITVS SANCTVS*, [396] fide, et benignitate multus, [397] primus quasi distillator, et solus verus Magister spagyrus, ([398] *et quis sicut IPSE docens?*) veritatẽ omnibus filiis Adæ manifestans, quamvis [399] superiora ab inferioribus (omnibus (quasi vera vnitas, & identitas, & idcircò à Philosophis maximè notandum) in vnicâ sphærâ contentis,) divisit: motu tamèn circulari continuo, & distillatione, & ascensione vaporum, & exhalationum perpetuis, superiora cum inferioribus adjunxit, & vniuit.

Quem MAGISTRVM, *quasi* [400] primum *discentium fundamentum* : *sapientiæ*, (quia [401] sapientiâ infinitus,) & non [402] *divitiarum* (& ideò, vana Pseudo-chimicorum de *Chrysopæia* doctrina,) PATREM, omnes seniores Philosophi, qui regenerationem quasi Micro-cosmi, et morborum omnium profligationem([403] mortis morbo excepto, [404] peccati pœnâ vnico) desideraverunt, in præparationibus eorũ veris, & genuinis naturæ, & veritati consentaneis, omninò sequuti sunt.

Quamprimùm igitùr considerassent omnia per [405] ignem trutinari, & ponderari debuisse; & pro certo cognovissent, nec

E corrup-

[396] Exod c.34.℣.6.
[397] Alex. a Sucht. in tinct. Theoph. p.176 Evang. Math. c.23. ℣.8. Par. Chyr. mag. tom.2. De caus. & orig. morb. Gall. l.4. c.8.
[398] Iob. c.36. ℣.22.
[399] Genes. c.1. ℣.7.

[400] Par. de orig. morb. invisib. l.5. tom.1. p.243.
[401] Psal. 147 ℣.5.
[402] Par. de fundament. scient. & sap. tract.1. tom.10. p.61

[403] Alex. a Suchth. de ver. med.
[404] Ep. ad Rom. c.6. ℣.13.

[405] 1 Ep. ad Cor. c.3. ℣.13. Lull. theor. c.24. Moi ien. Rom. p.41.

[406] corruptionem ignem, nec ignem in ſe corruptionem pati potuiſſe; omnibus vijs & modis, (vt ea, quæ in ſuperioribus latiùs, hic brevitèr (eorum gratiâ, quibus datum eſt:[407] datur autem verè quærentibus)percurram,) [408] ingeniaverunt, per [409] elementorum (poſt ſui tamèn corruptionem, & putrefactionem, ſine quibus, quia [410] primum generationis initium, in rebus elementatis,[411] animatio venire non poteſt) ſeparationem, [412] *ſuauitèr* diſtillatione factam; ([413] *à fletu* enim *flumina faſciavit DEVS*,) & ipſorum ablutionem, ſeu perfectam rectificationem, variis diſtillationibus, et ſublimationibus [414] aquæ, et aëris; et diverſis calcinationibus, et ſublimationibus [415] ignis, & terræ; omnes partes impuras, [416] ignis examen non ferentes,[417] à naturis meliùs lucentibus (*Quia, *et abſcõditam exire fecit lucem*) puris, levibus, & mundis, et[418] cũ igne homogeneis, imo à puris igneis ſegregare: quò medicamentum præparandum (poſt philoſophicalem ſubjecti corporis [419] ex privatione humiditatis [420] frigidæ, aquoſæ, et aduſtivæ, partes conſolidantis, *extenſione* nimirùm [421] *rotæ philoſophicæ* (ſub aliqua tamèn caloris naturalis conſervatione) ad corruptionem, et [422] mortifi-

- [405] Lull.theor.c.51.
- [407] Par.tinct.phyſ. c.5.
- [408] Roſ.phil.p.367.
- [409] Exert.in turb. 9.Zen.Scal.phil.p. 107.108.
- [410] Par.de gener. rer.tom.6.p.200. Lul.vad.mec.
- [411] Lull.theor.c.27. pract.c.1.
- [412] Ariſt.tract. p.365. 362. 363.
- [413] Iob.c.28.℣.11.
- [414] Ariſt. chim.tract p. 366.367.
- [415] Ariſt.tract. p.367.368.
- [416] Lull.theor.c.51.
- [417] Lull.theor.c.47.
- * Iob. vt ſup.
- [413] Morien.Rom. p.48.
- [419] Geb.ſum.perf. l.1.par.4.c.50.
- [420] Aur.conſ.c.20.
- [421] Lull.theor.c.92.
- [422] Lull.theor.c.95.

tificationem vsquè [423] pulverizationē; et à [424] terreâ, sulphureâ, defædante, et corrumpente substantiâ in radice suæ mineræ minimè vnitâ, ([425] vnitam enim fæculentiam mundare per ignis ingenium non possibile) per calcinationem philosophicam, liberationem:) [426] magis habile ad prægnationem factum: [427] plus humoris exuberati (post *duplicem* Philosophorum *calcinationem*; primam scilicèt in lineis immediatè præcedentibus nominatam, et in duas operationes [428] distillationem, et calcinationem propriè dictam distributam: et secundam per [429] acetum, [430] in reverberationis fornace, aut aquam permanentem, seu per amalgamationem cum mercurio, id est [431] igne humido cōnaturali proprio, et non *vulgi argento vivo, quia* [432] *nunquàm Philosophorum vtcunquè præparato,*) et [433] è corporis mercurio, et ex aceto [434] septenâ distillatione acuato, et ad summam [435] claritatem, instàr oculorum lachrimæ perducto, in reductione ad se attrahere posset: vt externis Artistæ operationibus perfectis omnibus, et ad [436] limpiditatem, et christallinam serenitatem perductis vniversis, et grosso modo (qui [437] vnicus solus est) in primâ solutione crudi corporis,

[423] Exert. in turb. 4. Pythag. & 8. Scit. & 11. Pandulph. Bonell. in turb. Alb. Mag. c. de calc. Geb. sum. perf. l. 1. p. 4. c. 50.
[424] Geb. ibid. Ros. Ar. l. 1. c. 3.
[425] P. Bon. marg. pret. c. 21. ex Geb. l. 2. par. 1. c. 9.
[426] Arist. tract. p. 367 Scal. phil. p. 108
[427] Lull. theor. c. 93. pract. c. 20.
[428] Scal. phil. p. 107. Lull. theor. c. 63.
[429] Aur. consurg. c. 20. Menadab. in turb. Lull theor. c. 61
[430] Canō. de lap. 103
[431] Aur. consur. c. 13. & 20. Sen. de chem. p. 28.
[432] Lull. clavic. c. 1.
[433] Lull. theor. c. 62. Ysimid. in turb. Exert. in turb. 10. Mund.
[434] Ros. phil. p. 348. Exert. in turb. 5. Aristhen. Ros. Ar. l. 2. c. 8. Lul. pract. c. 18
[435] Ros phil. p. 278. Arist tract. p. 366.
[436] Lull. theor p. 47. Ripl. Angl. in præf.
[437] Ripl. de coniunct.

coniunctis:[438] corpus tandèm, et anima; mas et fæmina;sol,et luna; cœlũ, et terra; [439]sanguis rubei leonis, et gluten aquilæ; [440] fontina,et rex;in duplici (perfecto scilicèt,et plusquàm-perfecto)naturæ opere, (quod tamèn ([441] quia in opere non est varietas rerum, nec multitudo, aut contrarietas)est[442]opus vnum,medicina vna, et vno [443] regimine naturæ. et non manuum,ad [444] vnum,nunquàm posteà separandum, aut dividendum, reducendum;) [445] ascensione à terrâ in cœlum, iterumq; descensione in terram, vires superiorum, et inferiorum, per [446] exhalationes, evaporationes, et extractiones supra-dictorum quatuor elementorum, [447] *beneficio* ignis philosophici, in [448] *furno* Philosophorum *secreto*, Philosophorum more, accensi,recipientes, in fine circumrotationis [449] numeri completi quandranguli in circulum,& [450] diversorum centrorum [451] centrum : & nodi tam naturalitèr in [452] sepulchro sphærico vndiquè clauso rectè,& perfectè contexti ([453] quod summum & maximum, *nunquam Sophistis hactenus cognitum,)* est in Physico) nec Arte posteà[454]dissolvẽdi,nec Marte resecandi in perpetuum, [455] simùl, & semèl [456] auxilio *divinitatis*, in[457] aquâ sive ter-

rá

[438]De Art.chim. ignot.in turb.c.14. Menadab.in turb.
[439]Par.tinct.phys.c.4
[440]Ber.Trevis de Alch.par.4.
[441]Crans.in turb.
[442]Arn.de perf.magist p.225.Ros.Ar. l.1.c.6.Arist.chim.ad Alex.Scal.phil.p.119 Ros.phil.p 359.
[443]Luli.theor.c.32. Laur.Vent.c.19.
[444]Azoch.in turb. Lul.theor.c.46.Ros. phil.p.281.Arist. chim.in ep.ad Alex.
[445]Herm.
[446]Arist.chim.ad Alex.
[447]Morien.Rom.p.8.
[448]Laur.Vent.de lap.c.18.
[449]Sen.de chem. p.26.27.
[450]Lib.secret.Calid. fil.Iazich.c.6.
[451]Lull.theor.c.51.
[452]Arist.chim.ad Alex.
[453]Par.tinct.phis.c.3.
[454]Canon.phil.95. Luli.theor.c.61.
[455]P.Bon.marg.pret. c.11.
[456]Morien.Rom. p.31 41.
[457]Sen.de chem. p.31.Herm.Ros.Ar. l.2.c.11.Sen.32.

râ albâ foliatâ vnirentur.

Et sic *segetes* [458] perfectâ demùm, et completâ digestione, messis tempore [459] miraculosè, [460] naturalitèr tamèn *citrinantes*, & maturæ, ad filios sapientiæ salutandos deputatæ, per [461] quietis [462] levamentum scientèr positum, sunt, [463] parcimoniâ carbonũ colligendæ. [464] Naturæ enim in suis metis, & mensuris gaudent, & delectantur, & [465] cum suis obviant naturis, cõtinent eas, & lætantur in eis: In alienis autèm consumuntur, confunduntur, & suffocantur.

[466] Adiuro igitur vos (DOCTRINAE FILII) emanete cum capreis, aut cũ cervis agri; ne *excitate*, *neque* expergefacite hunc amorem, vsquè dum voluerit. [467] Qui observant enim vanitates mendaces, benignitatem erga se derelinquant. [468] Nam eccè, hyems transijt, pluvia præterijt, abiit: [469] Florentia cospiciuntur in terrâ tempus minuritionis advenit, & vox turturis auditur in terrâ nostrâ, et [470] vulturis in cacumine montiũ clamantis, & dicentis: Ego sum albus, niger, & rubeus, *citrinus*, veridicus sum, & non *mentior*. [471] *DEVS* enim in voce silentio tenui, potiùs quàm igne, aut vento violentis; & [472] *Natura* in quiete magìs, quàm in motu delectatur.

Quicun-

[458] Clãg. Bucc. p. 517. Avicen. tract. c. 6.
[459] Ros. phil. p. 247. Clang. Bucc. p. 510. Morien. Rom. p. 34.
[460] Herm. de comp. c. 4. Ros. phil. p. 273.
[461] P. Bon. marg. pret. c. 10.
[462] Geb. lib. spoliat. c. de aur. & perdit. oper. vt P. B. c. 11.
[463] Exert. in turb. 13. Cer. Borat.
[464] Arist. Chim. in epist. ad Alex.
[465] Parme. in turb.
[466] Cant. cant. c. 2. ℣. 7.
[467] Ion. c. 2. ℣. 8.
[468] Cant. cant. c. 2. ℣. 11.
[469] Cant. cant. c. 2. ℣. 12.
[470] Herm. Ros. phil. p. 293.
[471] 1. Reg. c. 19. ℣. 11. 12.
[472] P. Bon. marg. pret c. 10.

Quicunque igitur[473] poſtquam lapis fuerit purificatus, atque ab omni re corrũpente perfectè mundatus,& fermentatus, [474] vas primum,[475] *Hermetis* ovum,ex auro cũ argento(amalgamatione mercurii)miſto confectum,[476] poroſum,&apertum,in ſecundum [477] vitreum , Philoſophorum [478] cribrum , [479] pellicanum dictum, [480] minimè poroſum,ſed ſolidũ,[481] rotundum , aliquantulum oblongum,([482] breve tamen, & curtum ne naturæ faſtidiantur in operatione) ad [483] modum ovi,aut rotundum [484] ſphæricum vndique clauſum, ſeu [485] cucurbitam cum alembico, [486] cum longo, & ſtricto collo, &,quoniam [487] ſpiritus corpus *exiccans, &* à corpore exiccatus [488] indoctè verberatus (*quod maximè cavendum*, quoniam [489] forma formarum,)promptus eſt ad fugiendum, [490] *Hermeticè* concluſo: Et ſic (quia [491] ignis immediatè tangere non debet vas continens materiam)in fimetum ad[492] inſtar montiũ,non magnitudine,ſed qualitate, inter [493] parietes, de [494] glebâ communi luti figulorum communitèr factâ,fortes;ad [495] modum *circuli* reverberatorium, firmitèr clauſum, ad [496] caloris continui,æqualis,& circundati præſerva-tio-

[473] Roſ.phil.p.362.
[474] Lull.theor. c.66 Lud.puer.p.179.
[475] Sen.de chem. p. 22.Roſ. phil. p.250.
[476] Lull.pract.c.17.
[477] Pract.Arnald. p.230.Ariſt.ad Alex. in epiſt.
[478] Sen.de chem.p.39. Laur.Vent.c.15.
[479] Io.Aur.Augur.l.2 Par.tinct.phyſ.c.3.
[480] Ariſt.chim.in epiſt.ad Alex. Laur. Vent.c.15.
[481] Pract.Ar.p.231.
[482] Ariſt.ad Alex.
[483] Laur.Vent.c.15.
[484] Ariſt.ad Alex.in epiſt.
[485] Avicen.tract.c.6.
[486] Laur.Vent.c.15. Spec.Alch.Rog. Bach.c.5.
[487] Clãg.Bucc. p.500.
[488] Laur.Vent.de lap.c.17.
[489] Clãg.bucc.p.480
[490] Clang.p.501. Laur.Vent.c.17.
[491] Spec.Alch.Rog. Bach.c.5.
[492] Id.Ibid.
[493] Rupeciſſ.de quint.eſſent.c.42.
[494] Sen.de chem. p.247.
[495] Spec.Alch.Rog.Bach. c.5.[496] Nov.lum.Ar.c.3.

tionem fabrefactum: & demùm super [497] tripodem de argillâ factum, &[498] bombace intertextũ ponunt: Et sic [499] VIPERAM priùs dissectam, [500] igne interno sulphuris, [501] seu fimi, non balnei, etiamsi temperatissimo: aut [502] externo, [503] calido, humido, [504] frigido, sicco, [505] sempèr concluso, [506] æquali, [507] digerenti, [508] temperato, & [509] continuo, [510] subtili aëreo, & [511] sapientèr per *naturalem operatorem* patientèr coquentem administrato, [512] levi, [513] lento, [514] humiditatis conservativo, [515] minimè intenso, sed [516] fusionis perfectivo, calorem intrinsecum

[517] (Nam calor interiùs solet exteriore iuvari,
Ac stomacho prætenta manus præstare vigorem
Vt valet, atq; ægri vires relevare caducas
Apposita exteriùs possunt fomenta medentum)

non [518] excedente, sed [519] excitante, [520] materiam tantùm sudando, & non exprimendo educente;

([521] Virtutem latitantem intus seseq; moventem
Irritans tantùm, naturæ cætera linques.)

ne [522] DRACO, sive [523] serpens luxurians [524] inter duos montes post corruptio-

[497] Alb.mag.de Alch. p.625.
[498] Raym.de lap.
[499] Aenig.phil.4.in turb.
[500] Lull.theor.c.74. Ber.Trevis.de Alch. par.3.Ripl.Angl. de separat.
[501] Ros.Phil.p.226. Effer.monach.p.247 ex Alphid.
[502] Clãg.bucc.p.476
[503] Arist.tract.p.363
[504] P.Bon.marg.pret. c.15.
[505] Ber.Trevis.de Alch par.3.
[506] Ros.Phil.p.226. Morien.Rom.p.42. 44.Lib.trium.verb. Anony.in Sen.p.279
[507] Ber.Trevis.de Alch.par.3.
[508] Merlin.Allegor.p. 393.Lull.theor.c.89.
[509] Scal.phil.p.142. Laur.Vẽ.de lap.c.21
[510] Ber.Trevis de Alch.par.3.
[511] Lull.theor.c.67.
[512] Cust.in turb. Auic.tract.c.5. Clang.bucc.p.476. Ros.Phil.p.214.258
[513] Mors.in turb. Arist.tract.p.370. Clang.bucc.p.476.477. Anony.in Sen.p.248.
[514] Geb.sum.perf. l.2.par.1.c.19.
[515] Luc.in turb. Auicen.tract.c.5,
[516] Aur.cõsurg.c.21.Geb.sum.per l.2.par.1.c.19.
[517] Io.Aur.Augur.l.1.
[518] Clang.bucc.p476.Lull.theor.c.24.
[519] Epist. Io Põtan.
[520] Laur.Vent.de lap.c.21.
[521] Io.Aur.Augur.l.1.
[522] De Art.chim.ignot.in turb.c.14.
[523] Rosin.ad Sar.l.2.p.303.Avicẽ. tract.c.1.
[524] Arist.chim.in ep.ad Alex.

nem

[525] De Art.chim.ignor.in turb.c.10.
[526] Xamolxid Coll.
[527] Arist.chim in ep. ad Alex.
[528] Clang.buc p.480.
[529] Exist.in turb.Lull. theor.c.79.& c 89.
[530] Nou lum.Ar.c.3. Io.Isaac.oper. miner l.1.c.9.
[531] Ber.Trevis.de Alch.par.3.

nem natus,& emissus; [525] invisibilis ille spiritus, & impalpabilis,in visceribus spiritus visibilis, & palpabilis penitissimis, & ante,& post primam Artistæ præparationem inclusus,& reconditus,[526] calidus nimirùm *Ignivomus* ([527] cujus stomachus digerit contraria, & tamen non recipit aliena,sed sua,)exitum ante ortum,cupiens abortũ,quærens,[528] evolaret; aut saltèm, per cruditaté, et materiæ [529] grossitiem suffocaretur: Quicunque (inquam) VIPERAM,igne[530] circumdato[531] alteranti, et non comburenti talitèr coquunt,vt Ioann. Teb.

Ovum coque in ardore,
Coque tantùm solis more
Tractatu cum benevolo:

In humore collocetur,
Et fervore coloretur
Ignis in temperie:

[532] Lull.theor.c.27.
[533] Herm.de comp. c.2.
[534] Exert.in turb. 6.Parmen.

[532] conversione tandèm sicci, [533] aquinæ formæ benedictæ elementa dissolventis in frigidum, frigidi in humidum, et humidi in calidum: [534] grossum in simplum solvunt; obscurum in lucidum abluunt; humidum in siccum reducunt; volativum in corpus suum proprium figunt.

Et sic, ([535] aquæ à terrâ subtilitèr extractione, vtì fluminum ab Oceano sapiĕtèr emissione, et huius iterùm aquæ super terram remissione, vti [536] omnium fluminum ad mare festinatione (Quocunquè enim loci flumina properant eodē revertantur properè) Et [537] aëris sive spiritus ab Oriĕte ad Meridiem paulatìm, & paulatìm ([538] festinantia enim ex parte Diaboli) ascensione, & eius circumeundo, circumrotatione circumeundo ad Aquilonem (vbi [539] aurea lux advenit; etiamsi in Deo reverenda sit magìs gloria, cujus *nutu* advenit) properantiâ, & secundum circuitus suos, circulatione circulando, *naturales*, *iterùm* ad locum destinatum proprium reversione, [540] donec terra ([541] post diversorum *centrorum* naturæ conversionem, & substantiæ, & rei à suâ naturâ mutationem, & [542] lucis deniquè illius nitidæ, ab hominibus mundanis non respectæ, in superioribus nubibus, agitatione ventorū & superiorū, & inferiorum purgatis, portatæ, descensionem) putrescit & mundificatur:) diversa centra in vnum conjungunt, animam in corpus, & corpus in animam convertunt; & [543] magisterium deniquè corpus humanum tingens, & conservans perficiunt.

[535] Morien, Rom. p. 41.
[536] Eccles. c. 1. V. 7.
[537] Eccles. c. 1. V. 6.
[538] Ros. phil. p. 283.
[539] Iob c. 37. V. 21.
[540] Morien. Rom. p. 41.
[541] Lib. secret. Calid. fil. Iazich. c. 6.
[542] Iob c. 37. V. 20.
[543] Lib. secret. Calid. fil. Iazich. c. 14.

Tali enìm modo (vt verissimè *Raymundus*) [544] quià spiritus ablutis corporibus desiderant inesse, & ipsis gaudent, [545] *natura* exit de naturâ malâ, & convertitur in bonam, bonáque in meliorem.

[544] Herm. de comp. c. 3.
[545] Lull. theor. c. 27. & 87.

Nam post [546] mortificationem, ([547] quià quod seminatur non viviscit nisi mortuum fuerit) generatio (*vt inquit Hermes*) inducitur, spiritus vivificatur, & mundatur, & lumen, ([548] tenuis scilicèt natura in eius ventre occulta ingenio subtili extrahitur, & quovsquè bellentur, incolorentur, & à maculis mundentur) introducitur.

[546] Herm. de comp. c. 2.
[547] 1. Epist. ad Cor. c. 15. ℣. 36.
[548] Morfol. in turb.

[549] Perfectum enìm in opere Philosophico imperfectum adiuvat, & imperfectum sine administratione alicujus rei extraneâ; [550] (si enim extraneum ponitur totum opus corrumpitur,) per se perficitur.

[549] Geb. sum. perf. l. 1. par. 3. c. 31.
[550] Lull. theor. c. 59.

Et nil mirum, quoniàm [551] lavatorium Philosophorum semèl perfectè cognitum (per [552] experientiam patientiâ benè, & cautivè ordinatam, argenti vivi lavat naturam tali modo, ad quem natura vllo tempore non potuit pervenire.

[551] Lull. theor. c. 58.
[552] Lull. theor. c. 61.

Et sic [553] *tinctura* sapientum Alchimistarum seminata, [554] in ovo Physico ex calefacta, admirandis itionibus corvo nigrior

[553] Lull. theor. c. 64.
[554] Par. Tinct. phys. c. 5.

nigrior apparens, & cigno postmodùm successu temporis ([555] in gloriâ & robore resurgens) *albior*, & postremò per *flavedinem* [556] perfectæ & completæ digestionis notam incorruptam, sanguine quovis magis *rubea* evadens; fit maior (quia [557] Ars ea perficit, quæ natura non potest efficere) quàm illa de naturâ.

Sileant igitur *Agrestes*, *Fumivenduli*, *Pseudo-chimici*, & *Impostores omnes*, qui titulis gloriosis videlicèt *Raymundini Menstrui*, *Auri vitæ*; *Auri potabilis*, *Liquoris aurei*, *Tincturæ solis*, *Mercurii vitæ*, & huiusmodi, imperitum vulgus decipiunt.

Cùm nullum sit verum *Raymundinum Menstruum*, præter [558] substantiam vnctuosam aeream, [559] Petram benedictam cum [560] suo sale [561] (corpora mortuorum ex sepulchris eorum attenuante,) acuatam, [562] flagrantem, & odoriferam [563] calore sulphuris imprægnatam, nullam superfluam humiditatem aqueam, aut terream substantiam combustibilem, opus inficientem, habentem, in quâ latet spiritus quintæ essentiæ [564] *Metallinæ*, & tingentis, cuius solius magistalitèr est aurum corrumpere.

Nullum *Aurum vitæ* verum præter illud

F 2 sub

555.1.Epist.ad Cor. c.15.℣.43.

556 Ros. Ar.l.1.c.5. Corr.Fat.c.9.

557 Arist.stag.phis. l.2.c.8.t.79.

558 Clang.buc.p.482.

559 In carm.quib. Geb.adscript.

560 Lull.test.noviss. p.10.

561 Pract.Ar.ex lib. Breviar.Alch.dict.

562 Exper.Lull.25.

563 Lull.theor.c.55.

564 Aur.cons.c.20.

sub [565] albedine tectum, [566] vivum Philosophicum, ([567] animam scilicèt, & virtutem tingentem, in [568] *Hermetis* ansere, seu pullo *Hermogenis* portatam, [569] Regem de cœlo descendentem) [570] volatile fixum, & fixum volatile, & per [571] accumulationem quintæ essentiæ [572] cœli nimirùm super terram, sæpiùs iterùm fixum, & solutum [573] tingens fermentum.

Nullum *aurum potabile* præter illud solum naturæ [574] venerabile, cum [575] succo lunariæ, ex vino Philosophorum confecto, factum, & in profundo [576] albi mundi [577] combusti, seu [578] corporis dealbati, [579] *Magnesiæ* videlicèt, in [580] colore margaritarum translucentium, [581] *subtilis*, foliatæ, & fusibilis ([582] vbi spiritus tantummodò vniuntur) absconditum; [583] carum, & [584] instar oculorum piscium lumine, & [585] chrystallinâ serenitate clarum, & vt [586] marmor coruscans, [587] initium operis, & fundamentum: Non est [588] *aurum specificatum mortuum* per *Menstruum Raymundinum* à D. Antonio *dictum*, vel fictum, destructum: sed [589] est ipsum solum verum *Raymundi* vegetabi-

[555] Rof.phil.p.378.
[566] Sen.de chem. p.64.
[567] Clang.buc.p.515.
[568] Rosin.ad Sar. p.285. Scal.phil. p.162.
[569] Rof.phil.p.283. ex Sen.de chem. p.16.
[570] Geb.sum.perf. l.2 par.1.c.37.
[571] Scal.phil.p.170.
[572] Scal.phil.p.172.
[573] Clang.buc.p.515.
[574] Lull.theor.c.24. & Vad.mec.
[575] Rof.phil p.211.
[576] Pandulph.in turb.
[577] Sen.de Chem. p.43.
[578] Rosin ad Sar. p.299. Pythag.in turb. Yximid.in turb.
[579] Nov.lum.Ar.c.4. Scal.phil.p.152. Lull.experiment.13. Sē.de Chem.p.32.99
[580] Lull.pract.c.20.
[581] Lull.theor.c.24.
[582] Lud.puer.p.190. Nov.lum.Ar.c.5. Rosin.ad Sar.p.297.
[583] Herm,de comp. c.3.Rof.phil.p.238.
[584] Morien.Rom. p.32.Avic.tract.c.5. Spec.Alch.Rog.Bach c.6.Arist.chim in Epist.ad Alex.Reg.
[585] P.Bon.marg.pret.c.24.Rosin.ad Sar.p.303.
[586] Afflict.& Cransf in turb.
[587] Clang.bucc. p.506.512. P.Bon.marg.pret.c.24.Avicen. tract.c.7. Nov.lum.Ar.c.5.
[588] Aur.conf.c.16.Sen. de chem.p.32.
[589] Lull.test.noviss.p.10.Auim.transm.f.203.Lull.theor.c.58.

le

le *menstruum*[590] viriditate NEBVLOSAB ANGVINIS omnia naturâ naturantis, rubicundum, [591] cum quo solo fit corporum dissolutio cum earum specierum conservatione: [592] argentum suum vivum exuberatum in [593] corporibus adhærens solum (quod est terra corporis ante-dicti cum Menstruo proprio simul transiens per alembicum) varijs naturæ, & artis operationibus per [594] sui *vasis* ([595] *Hermetis dicti*, [596] formarum receptaculi) virtutem, [597] cœlificatum [598] venenum [549] potabile factum, & per [600] temperatum *solis* (vtì meminit *D. Antonius*, etiamsi nunquàm, aut perperâm saltèm Authoris *mentem intellexit*) [601] id est spiritus proprii, seu [602] ignis philosophici, qui est aqua mercurii, calorem desiccatum, & in [603] terram conversum.

Nullus [604] *Liquor aureus* præter [605] terram impraegnatam, [606] multorum nominum arenam, [607] *aquam* benedictam illam, ([608] quæ fortior est igne) Hermetis scilicèt [609] *ponticam*.

Nulla *tinctura* præter illam [610] vivam Philosophorum [611] perfectivam, [612] animatam, & ab [613] auro philosophico, [614] incorruptibili grano, *virtute divinâ* procreato, extractam, quæ [615] Tyria est, &

590 Isa. Holl. de ol. met. in præp. Vitr. Rof. phil. p. 220.
591 Lull. comp. An. p. 279. test. noviss. p. 10.
592 Lull. test. noviss. p. 21. Clang. bucc. p. 480.
593 Rof phil. p. 221.
594 Lull. theor. c. 66.
595 Lud. puer. p. 178. ex Herm. Rof. phil. p. 250.
596 Lull. theor. c. 3.
597 Lull. test. novis. p. 10.
598 Zen. & Agad. in turb.
599 De Art. chim. ignot. in turb. c. 18.
600 Avicen. tract. c. 6.
601 Clang. buc. p. 500
602 Rof. phil. p. 273.
603 Herm.
604 De Art. chim. incert. in turb. c. 18.
605 Rof. Ar l. 2. c. 25.
606 Agad. in turb.
607 Rof phil p. 213. Arn. de Alch. p. 30.
608 Rof. phil. p. 250.
609 Herm. de comp. c. 2.
610 Scal. phil. p. 110.
611 Aur. Conf. c. 16.
612 Sen. de chem. p. 99
613 Lull. Vad. mec.
614 Clang. bucc. 482.
615 Mund. in turb.

& [616] ex plumbo, [617] ignis ſolummodò naturalis, igne naturali confortatus, [618] non fugiens, & tamèn à natura [619] incombuſtibilium, [620] vivorum, & [621] volantium. [622] Virtuoſiores enim ſunt lapides, qui ſumuntur ab *animalibus*, quam alii.

Nullus deniquè *vitæ Mercurius* niſi [623] *Lapis* ille benedictus Philoſophorum [624] *æthereus*, [625] ignis ex igne creatus, & in ignem verſus, (cujus aureitas cum ſit [626] quinta eſſentia ex omnibus elementatis extracta, non [627] eſt aliud, quàm quatuor eleměta, non adæquatâ quantitate, ſed [628] qualitate anatizata) [629] *humana* ſolum *corpora*, & *non* [630] *metalla* tingens. Et idcircò à Pſeudo-chimicis *aurum* ſempèr *ſpecificatum* mortuum [631] inanitèr quærentibus, & [632] inane quaſi ſtramen triturantibus, nunquàm inveniendus: Quia [633] aurū Philoſophorū non eſt aurum *vulgi*, nec in colore, nec ſubſtantiâ, ſed [634] vivum, & viride.

Sed quid ago? non imitor Laconiſmon, & tamèn quam-plurima naturæ quæ ſuperſunt opera, longam verborum ſeriem deſiderant Sed quoniàm cum pictoribus iis peccare non licet, quos olim *Apelles* objurgavit, quòd non ſentirent, quid eſſet

[616] Socrat. in turb.
[617] Lull. Vad. mec.
[618] S n. de chem. p. 10
[619] Aur. conſ. c. 21.
[620] Sen de chem. p. 64
[621] Aur. conſurg. c. 20
[622] Roſ. phil p. 238. ex Aquinat. de eſſe, & eſſen. min. c. 1.
[623] Clang. buc. p. 478. Roſ. phil. p. 231. Arn de Alch. p 35.
[624] Roſ. phil. p. 335. Theſaur. phil p. 265. De Art. chim. ignot. in turb. c. 14.
[625] Roſ. phil. p. 378.
[626] Roſ. phil. p. 251.
[627] Fl. Flor. Ar. p 483
[628] Ber. Trevir. ad Tho de Bonon. p. 86.
[629] De Art chim. ignot. in turb. c. 18. p. 625. 626. 627. Lull. teſt. noviſſ. p 10.
[630] Par. de Alch. tom. 2. p. 46.
[631] Par. Frag. med. tom 2. in tom. 2. p. 268.
[632] Par. philoſ. ſag. l. 1. c. 6.
[633] Aur. conſ. c. 16. Roſ. phil. p. 253. Sen. de chem p 98. Roſ. phil. p. 269.
[634] Lud. puer. p. 175. Roſ. phil. p. 220. 253.

eſſet ſatis, reliquam corporis glorificati, & ſpirituum,[635] igne naturanti continuo, (quod maximum eſt in arte)[636] Artiſtæ tamen, in *reverberationis fornace* Philoſophorum, miniſterio,[637] Nutritionem, Incerationem,[638] Multiplicationem, & Calcinationem naturales, ſibimet ipſis ſolùm proprias omitto: præſertim cùm hæc omnia (ſolutionibus, ſublimationibus, & contritionibus variis, & proficuis,[639] reiteratione Philoſophici primordialis *Menſtrui compoſiti*, ſive *ſpermatis* ex quo fuit ab initio ſui, ([640] quod appropriat nutrimentale ad temperamentum proportionale qualitatibus nutriti) philoſophicè, & prudentèr ([641] in vnâ tamèn ſemitâ) adminiſtrati, perfectè perficienda,) in *ænigmate noſtro* ſubſequente proprio ſunt ità, (etiamſi brevitèr) omnibus doctrinæ filiis, & veræ medicinæ ſtudioſis, & Philoſophis (vtì ſpero) manifeſtata; vt Medici naturalitèr laborantes, & Philoſophi omnes neceſſariò agnoſcant[642] medicinam tùm[643] mundo, tùm mundi partibus, in omnibus ſuis revolutionibus ſolummodò conferre, cùm[644] mater naturæ ſupremæ, quæ eſt in igne, ſive[645] motor, in ſublimi naturæ mobili, per[646] terminationem ſcilicèt, & expulſionem extraneo-

rum

[635] Lull. theor. c. 32. & c. 48.
[636] Lull. theor. c. 67.
[637] Spec. Alch. Rog. Bach. c. 5.
[638] Geb. ſum. perf. l. 2. par. 1. c. 27.
[639] Arnold. de perf. magiſt. p. 227. Semit. ſemit. p. 442. Fl. flor. Ar. p. 487. lib. Calid. fil. Iaz. p. 349. Ariſt. tract. p. 372. Scal. phil. p. 156. &c.
[640] Lull pract. c. 27.
[641] Lull theor. c. 23.
[642] Geb. ſum. perf. l. 2. par. 1. c. 22.
[643] De Art. chim. ignot. in turb. c 7.
[644] Lull. theor. c. 7.
[645] Geb. ſum. perf. l. 2. par. 1. c. 22.
[646] Lull. theor. c. 32.

rum motuum in suâ propriâ materiâ existentium, [647] continuâ reiteratione cœli [648] sive ignis aquæ (vt *apud Hebræos*) super terram, [649] propriâ suâ naturâ, & [650] *opere divino*, igne [651] quiescenti [652] forti, & [653] continuo, [654] *Ignivomo*, Castaneæ, Rubicundi, & Fugitivæ filiæ, marito, [655] detinebitur, & quiescet incorruptus. NAM (1) *Anguis*, (2) *Nebulosa*, (3) [656] tenebrosa, (4) vestis, (5) incognita, (6) denario, (7) perfectissima, (8) naturans, (9) naturat, (10) omnia.

FINIS.

[647] Scal.phil p.121.
[648] Cabal.chim.p.52.
[649] Lull.theor.c.10.
[650] Alex a Suchth. de secret.Ant.c.3.
[651] Ex Phædr. Agripp.P.Bon. marg.pret c.10. Bacas.in turb.Scal. phil.p.146.
[652] Efist.in turb. Exert.in turb.13. Cer.Borat.Scal. phil.p.146.
[653] Ber.Trevis.de Alch.par.3.
[654] Xamolx.Coll.
[655] Geb.sum.perf.l.2. par.1.c.22.vt sup.
[656] Theophil.in turb.

Ab *VNO*, et ad *VNVM* omnia.

In *Centro* veritas, in *Circumferentia* vanitas.

Ænigma Magicum.

DEVS omnipotens in maſſâ putridâ,
Quaſi in Chaode deſpiciendâ,
Nobis mortalibus reliquit omnia,
Sunt tamèn vnum in rerum naturâ.

Eſt maſſa pulveris; res deſpicabilis;
Ignis; aquoſitas; fons peramabilis;
Eſt nequè fortis dux, nec invincibilis;
Quandò non trahitur ex incunabulis.

Senex eſt; infans eſt; omnium Dominus;
Servus eſt rubeus, Regi contrarius;
Viridis leo eſt; quoddam ſublimius
Quam Rex, aut ſubditi; ſed fugitivus.

Fugit, et attrahit; nihil obtemperat
Virgo, ni multis aculeis ſtimulat
Pater; tunc ſequitur, et multum flagitat
Viri conſortium, qui-cum cohabitat.

Amplexu tegitur, et imprægnatur,
Ex corde limpida evacuatur
Nimpha cum ſanguine, quò ſuſcitatur
Iam quaſi moriens, et recreatur.

Rebus ſic habitis claris, et limpidis,
Rege Regináque *ſimul congenitis,*
Statìm in carcere ſecreto poſitis,
Cibato cœlico rore; non aqueis.

Tandèm demortuis, Spiritus evolat,
Corpus, et animam abluit, depurat;
Igne *tùm* frigido *ſemper perpetuat*
Ignis intenſior; non volatizat.

Error iàm ſequitur nullus in opere,
Igne fortiſſimo totum comburite,
Sanguinem, animam tandem educite
Poſt Regem candidum: Tèr tùnc imbibite.

(Rege ſic cognito) corpus eſt anima,
Fixaq́ꝫ, permanens, vtcunquè cerea;
Color non accidens eſt; ſed ſubſtantia
Regnans in omnibus ſummâ cum gloriâ.

Soli DEO TRIUNI
gloria.